

1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

# STRABONIS
# RERVM GEOGRAPHICARVM
## LIBRI XVII.

GRAECA AD OPTIMOS CODICES MANVSCRIPTOS
RECENSVIT,
VARIETATE LECTIONIS ADNOTATIONIBVSQVE
ILLVSTRAVIT,
XYLANDRI VERSIONEM
EMENDAVIT

IOANNES PHILIPPVS SIEBENKEES
PROFESSOR ALTORFINVS.

INDE A SEPTIMO LIBRO CONTINVAVIT

CAROLVS HENRICVS TZSCHVCKE,
A. M. ET SCHOLAE ELECTORALIS MISNENSIS CONRECTOR.

TOMVS SECVNDVS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.
MDCCXCVIII.

# LECTORI ERVDITO ET AEQVO.

Cum rediissem nuper ex veteris orbis itinere, quod Mela duce modo, modo comite, emensus eram, ut in laetioribus amoeniorum literarum campis requiescerem dulciorumque ciborum pabulis liberius fruerer, futurum minime putavi, ut ad iterandum cursum, eumque aliquanto ampliorem et spatiosiorem, inde evocarer, aut evocari me paterer. Factum tamen est utrumque, nescio an illud maiori fiducia et spe, temeritate hoc et facilitate proniori. Quo enim saepius mecum magnam rerum, quae obiiciuntur, et copiam et varietatem circumspicio, laborisque molem intueor humeris impositam, eo etiam magis non ipso adspectu solum commoveor, sed et imbecillitatis sensu ita animo deiicior, ut experiundi

 volun-

voluntatem adtulisse, perficiendi spem parum me praestiturum esse, intelligam. Accedunt gravissima muneris negotia, quibus nihil sanctius esse et existimari debet probo viro, ut sistere saepe cursum, nec nisi per horas subcisivas ad eum redire liceat, curarumque variarum importunitas, quae eunti viam saepe disiiciunt, aut conanti adeo obstruunt. Adsunt denique exempla magnorum virorum, Xylandri et Casauboni, qui, quo praeclarius hoc spatium decucurrerunt, eo etiam acriorem et peritiorem cursorem desiderant, qui aequis viribus feratur, ipsorumque vestigia premat. Quod quo felicius adsecutus erat SIEBENKEESIUS, eo etiam acerbius accidit, ut omnino bonis literis, ita maxime Straboni, quod, cum inceptum iter fortiter instituisset, rerum et linguarum supellectile multiplici instructus, in media via praematurae mortis ictu obpressus est. Cuius viri partes ad me delatas cum recepi, etsi tueri me minime eas posse lubens agnosco et fateor, eo tamen enitendum censui, ut ne plane ab eius certe consiliis et rationibus descivisse viderer. Quod ut, si non re ipsa, at desiderio adpareat, breviter exponendum est, qualem in persequendo hoc labore operam impenderim, quibusque subsidiis adiutus accesserim. Constitutum

tutum quidem initio erat, demandatum etiam, ut Codd. lectiones a SIEBENKEESIO excerptas et relictas colligerem, singulasque suis locis adponerem. At, quod facile viderem, nuda illarum farragine Strabonem inepte potius onerari, quam decore ornari, et quod nossem, dispersas passim multas inveniri doctorum virorum emendationes et explicationes, neque illas sine iudicio dimittere, neque has temere negligere, et Strabonis integritati stabiliendae invidere sustinui. Ita factum est, ut, cum prima operis pars unice in contextu constituendo versaretur, conquirerem undique, quoad tempus resque tulerunt, quae huic consilio inservirent, et digesta singulis locis subiicerem, ut, quid ferrent Codd. quid doctorum virorum sententiae, continuo quasi obtutu intelligeretur, iudicandique potestas apertior ipsis lectoribus concederetur. At aliquanto luculentius et constantius beneficium additum hinc esse ex Cod. Moscov. collatione impense laetor, eoque maiores gratias habendas esse sentio viris egregiis, ADELUNGIO et DASSDORFIO, qui eius usum ex ditissimis bibliothecae Dresdensis, demum ab OPTIMO PRINCIPE AUGUSTO liberioribus etiam et privatis exterorum usibus reclusae, thesauris liberalissime permiserunt. Debetur

tur illa conlatio indefessae industriae CHRISTI. FRID. MATTHAEI, viri celeberrimi, collegae olim coniunctissimi, tantaque praefert accuratae diligentiae fideique certissimae documenta, ut, cum ipse Cod. optimae notae et doctioris solito librarii opus esse videatur, huius muneris pretium grandi dote auctum esse adpareat. Etsi enim nec hic codex lacunas illas, quibus deturpatus Strabo saepe hiat, maxime in libro 7. explet, et in aliis omnino plures vel negligentiae vel oscitantiae labes traxit, multa tamen etiam loca male adfecta, aut discissa resarcit, multa etiam verbis integriora et castiora praestat, ut medicam saepe opem in detergendis vitiis et revocanda integritate adferre mihi quidem videatur. Maximus tamen inde accessit conlationis cumulus, quod totum Strabonis opus complectitur ad finem usque pari contentione perducta, cum SIEBENKEESII subsidia in reliquis libris languida quasi subsidant, in aliquibus etiam emoriantur. Quo magis et cupidius optandum est, ut, quae spes emicuit Brequignianae supellectilis obtinendae, ea eventu ipso comprobetur, et Straboni nunc impensa opera cum suam abiecerit BREQUIGNIUS, aliquo modo desiderium subpleat, quod Oxoniensi editione iniecit cura studiumque FAWKENERII,

quem

quem plura et ampliora adpositurum esse ut speretur, faciunt adparatus undique congesti moraeque diuturnioris obportunitas.

Sed ut contueri lectores facilius possint, quibus ab hac parte subsidiis adiutus fuerim in emendando et constituendo contextu Strabonis libri 7. a quo in locum SIEBENKEESII successi, opem tulerunt Codd. hi: Casauboniani quatuor, quos ipse vel in margine vel in notis adlegat testes;

SIEBENKEESII beneficio parati Vaticani duo, Venetus, et excerpta Gemisti Plethonis Geographica ex Strabone, quae a lib. 2. p. 118. (ed. Casaub. 2.) ad finem deducta sunt, insigni Strabonis commodo, Planudis excerpta, de quibus SIEBENKEESIUS ipse in praefatione disseruit, et quae passim ex aliis Codd. etsi parcius adspersa sunt;

Cod. Mediceus, cuius lectiones debentur Abr. Gronovii liberalitati, a quo vulgatae sunt in Variis Geographicis a p. 151. ad fin. Dolendum modo est ob earum praestantiam in multis locis conspicuam, quod ultra librum 9. non progrediuntur, etsi et ad reliquos pertinuisse adparet ex iis, quae idem inde delibavit ad Melam 1, 2. 12. et 15;

Denique adfuit Cod. Moſcovienſis, de quo ſupra differui aliqua, plura fortaſſe alio tempore daturus. In quorum recenſu ſi qui forte ex praefatione SIEBENKEESII aliquos deſideraverint, deſideraturos autem praevideo plures, audiant, quod non ſine acerbo animi dolore eloquor, plura me ſubſidia ad hunc librum, cum ad digerendas ſchedulas, quae ad me delatae erant, acceſſiſſem, non inveniſſe. Aegre in primis carui opibus Scrimgerianis, quarum utilitatem ſuperiores libri experti ſunt et ſatis probarunt.

Haec tradita accepi, eademque ſumma religione ſervavi, et integerrima fide reddam. Qui fuerint dicti et habiti a b. SIEBENKEESIO Vaticanus A et B, non niſi moleſta comparatione plurimorum locorum ex ſuperioribus libris adſequi potui; etſi, an adſecutus ſim, non praeſto, cum certam rationem ſervatam eſſe ubique non videam. Cum enim in iisdem uterque plagulis proponatur, tum vel omnino ſigna abſunt, vel tam varie, veluti V. V. C. Vat. C. admixtis alibi aliorum Codd. lectionibus, adpoſita ſunt, ut diſcernere et diiudicare, quorſum valeant, non niſi difficulter poſſis. Quantum tamen fieri potuit, ſecutus ſum rationem ſtudioſe informatam, ſingula tamen

et hic et in reliquis ita retuli, ut tuto iis lectores possint confidere. Quod quidem fieri eo facilius potuit, cum SIEBENKEESII manus satis sit luculenta, nec ad coniecturas et divinationes composita. Sed ne diutius his immorer, quae successori operis sua ipsius causa praemonenda videbantur, ad alia subsidia progrediendum est, quae praeter emendationes virorum doctorum publice in libris propositas et vulgatas adfuerunt. Adscripserat passim editioni Casaub. I. emendationes et coniecturas Reinesius, vir amplissimae doctrinae magnaeque sagacitatis, quae in ipso exemplari humanissima liberalitate transmissae sunt a MUELLERO, Viro doctissimo, Cizensis scholae Rectore meritissimo. Scaligeri emendationes editionis Xylandreae margini additas, cuius exemplar servat bibliotheca Caesarea Vindobonensis, descriptas mecum benevole communicavit doctissimus amicissimusque WEIGELIUS, cuius opera olim Medici Graeci decore illustriori nitebunt: adiunxitque idem ex Aldino exemplari alias viri docti, ignoratur cuius, correctiones adpositas. Vidi quidem etiam a SIEBENKEESIO commemorari lib. 5. p. 189. emendationis Scaligerianae exemplum, at cum illud in meis non reperiatur, aliunde depromtum esse ad-

paret, quod tamen unde fuerit, nunc quidem mihi non liquet. Quantum ipse Casaubonus iis omnino statuerit pretium, declarat illius epistola ad Scaligerum missa p. 99. (in epist. Casaub.) *Per ego*, inquit, *te Dei hominumque fidem testor, quae habes in Athenaeum et Strabonem, ea nobiscum communices. Quod possum pretium summum, id offero, tibi me ipsum aeternum futurum tuum.* Nempe Scaligerum Strabonis editionem meditatum esse, Casauboni praefatio docet. At nihil movisse et retulisse illas preces, ex eventu, certe ex Casauboni silentio intelligi posse videtur, etsi hic Scaligero Strabonem suum dono miserat; de quo in epist. 583. p. 618. ubi, cum adspersas margini notas ab eo fuisse audiisset, ex Dan. Heinsio scire cupit, in cuius manus is liber pervenerit, et, ut ipsi paretur, quovis pretio rogat. Porro auctionis publicae lege ex bibliotheca regia Berolinensi acceptum tuli exemplar ed. Casaub. 2. quo olim usus erat Meursius, at magnam sui, quam iniecerat, exspectationem, cum Meursium in emendandis Strabonis plurimis locis operam praestitisse nossem, praesens diffudit. Tam enim raro parceque, quae huic consilio inserviant, praebet, et, si qua habet, in uno alterove

auctore

auctore adlegando abſumuntur, ut parum inde lucri ad Strabonem redundet. Victorii notas manuſcriptas, quas in bibliotheca Monacenſi ſervari ex bibliotheca Graeca Fabricio — Harleſiana Vol. 4. p. 569. intellexiſſem, ut haberem, precibus adii HARLESIUM, virum de noſtris literis meritiſſimum et ſingularis humanitatis documentis ſpectatum, quas ille non ſolum benevole excepit, ſed, ut ratae etiam eſſent, magno ſtudio contendit, neque tamen perficere potuit, cum in his conquaſſati orbis tumultibus et rerum trepidatione Codices aliique libri inſigniores arcis concluſi, dum reddita pace libere prodire et adparere poſſent, tenerentur. Emiſſae in Bataviam preces etiamnunc inſiſtunt aguntque, ut, quae poſſidet in theſauris ditiſſimis bibl. Lugdunenſis ſcholia Graeca Cyriaci Anconitani in Strabonem, inde ad uſus publicos nunc efferantur, quod ut ſperare liceat, facit inſignis ſummi Ruhnkenii humanitas et benevolentia, quam et in adparatibus ad Melam congerendis me expertum eſſe gratiſſimo animo et ore profiteor. Nec minorem gratiam inibunt apud Strabonem meque ipſis in perpetuum addictum habebunt obſtrictumque omnibus officiorum vinculis, ſi qui communicare mecum

voluerint,

voluerint, quae vel ipsi reposita ad Strabonis commoda habent, vel accepta ab aliis servant. Non igitur sine grata commemoratione praeterire possum, quod IACOBS, Vir de literis Graecis egregie promeritus, ad duorum locorum libri 7. emendationem conjecturas misit, sagacitatis notae testes luculentas. Praeter illa, quae habui adhuc adminicula, alia conquirenda putavi ex Scholiastis et Grammaticis veteribus, quippe in quibus multa saepe Strabonis loca aut adlegantur aut repetuntur, quorum quidem principem locum tenet Eustathius. Eos igitur sedulo excussi et perlustravi, et, si qua expressa Strabonis vestigia vidissem, diligenter legi et suis locis notavi. Denique adii superiores omnes editiones, easque ad Casaub. I. quae subjecta est typis, adtente exegi, ut, ubi, et in quibus discreparent, quid singulae ad constituendum et effingendum textum conferrent, intelligeretur, quisque studium hominum doctorum ipsamque Strabonis variatam subinde formam optime ipsoque conspectu declarari posse putarem. Nec in his curis dimittenda erat Guarini interpretatio Latina, quippe quae, cum ad Codicem manuscriptum informata sit, auctoritate valet non levi; adposui etiam subinde

eius exempla, ut eo instantius depelleretur error, quem multorum animis insidere vulgoque etiam ferri cognovi, Strabonis verba Graeca fere ad eam interpretationem ab Aldo fuisse accommodata adeoque depravata. Etsi enim multis eius editionem vitiis inquinatam esse minime nego, immo lubens largior; at non minoribus et paucioribus premuntur etiam codices, quorum tamen unum, quem sequeretur, ante oculos positum habuisse debet Aldus.

His igitur armatus subsidiis ipsum Strabonis opus adgressus sum, in quo excolendo, quid praestare voluerim, ipse sum mihi conscius, etsi me desiderio potius praestitisse, quam viribus adsecutum esse, non minus sentio. Vt tamen caussae lectionum aut propagatarum aut immutatarum prospici possent, breviter, quae moverunt, adiunxi, cum amplior de iis disputandi campus aperiatur in ipso ad Strabonem commentario. Norunt optime, qui in hac arena iactati sunt, aut emendationum libros perlustrarunt, in quot partes versari saepe auctorum loca possint, vel potius versentur, sensusque suus quemvis docebit, paullo audacius grassari manum, ubi hilarius gestiens animus curarumque et corporei ponderis expers exsultat,

fultat, contra illam titubare et haerere timidius, ubi hic deiectus depressusque languet. Hinc forte accidit, ut alia liberius effunderem, alia cautius cohiberem. De quibus si secus visum fuerit viris doctis, si multa rectius abesse potuisse censuerint, multa melius adposita cupierint, monebunt humaniter et intra nostrarum literarum cancellos et cursum reliquum ad metam certam consiliis suis dirigent.

In figendis accentibus passim haesitavi, quippe quorum inconstans sedes in nominibus praecipue propriis vagatur, parumque sibi in his constat ipse Casaubonus. Nec minorem ab hac parte dubitationem iniecerunt particulae encliticae, quas vocant, de quibus variae virorum doctorum exstant sententiae et in ipso usu exempla, etsi, re perpensa, tum recte, ubi cetera addicunt, accentum reiiciendum esse arbitror, cum proxime praecedens vocabulum tali particula adficitur, et sic probandam disputationem Reizii, quam etiam Herodoto praeposuit. In quibus si qua sinistre et pravo loco notata deprenderint lectores, factum id etiam est Casaubonianae editionis exemplo, quod, dum gravioribus detinebatur animus, oculus intactum transiluit. Quae

alia

alia aliunde vel meo ipsius errore irrepserunt vitia, cum nunc exempli typis descripti copia non detur, quod exquiri possit, alio tempore indicabo. Succurrit in praesentia hoc unum, quod p. 333. notam 1. prave expressam et conturbatam esse vidi, etsi singula de Codd. recte habent et vere, nec omnino in ipsa re a Graeco usu aberretur. Notum enim est, verbum ἐλαύνειν cum cognatis, quod in his temporibus ab ἐλάω formam ducit, adpositum habere σ, quod soli Attici negligant, uti diserte tradunt Grammatici veteres. (v. etiam Schweighaeuser. ad Polyb. 6, 22, 4. et passim alibi.) Sunt etiam, qui in his verbis σ unice et simpliciter agnoscant, in quibus Theodorus Gaza. Moverant haec primum, ut adponerem, probata Cod. Med. auctoritate; post recordatus, constanti Codd. consensu a Strabone lib. 3. p. 171. aliisque in locis negligi, immutaveram notam, quae tamen priori forma exierat. Restat nunc, ut paucis commemorem ea, in quibus porro opera mea versabitur, si vita subpeditarit et corporis valetudo adnuerit. Ipsum contextum Strabonis excipiet commentarius uberior, in quo non solum, quae ex subsidiis criticis remanserunt, arcessentur, et de locorum lectione, ubi aptum fuerit visum aut necessa-

rium,

rium, disputatio contexetur, sed et rerum illustratio subiungetur. Quae Geographiam Mathematicam spectant, eius explicandae partes benevole suscepit AUG. FRID. LÜDICKE, collega coniunctissimus, qui in hac schola Electorali magna cum laude et utilitate nostros iuvenes Mathesin docet. Tomus ultimus continebit Lexicon Strabonianum et indicem rerum praemissum, forte habebit etiam dissertationem de Strabone, qualem de Eutropio exhibui. Haec igitur sunt, quae adparare pro virium modo constitui. Tu autem, lector benevole, non huic solum operae institutae, sed et futurae conatibus fave.

Scr. Misnae V Cal. Jun. MDCCIIXC.

C. H. Tzschucke.

STRA-

# ΤΩ͂Ν ΣΤΡΑ΄ΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩ͂Ν ΤΟΥ͂ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΑ.

Ἐν τῷ τετάρτῳ τὰ περὶ Γαλλίαν· καὶ ὅσα διείργουσιν, αἱ Ἄλπεις τῆς Ἰταλίας ἔνδον· ἐν οἷς καὶ Βριτανία, καὶ τῶν ὠκεανιτίδων νήσων τινὲς, ὅσαι καὶ δοκοῦσιν οἰκεῖσθαι. καὶ βαρβάρων χώραν, καὶ ἔθνη παροικοῦντα τοῦ Ἴστρου πέραν.

# STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBRI QVARTI CAPITA.

Quartus liber exhibet Galliae descriptionem, regionumque intra Alpes ad Italiam. Agit deinde de Britania, et nonnullis insulis in Oceano, quae habitari videntur; deque barbarorum terris, et populis ulteriora Istri tenentibus.

Gallia Narbonensis

# ΣΤΡΑ'ΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

## ΒΙΒΛΙ'ΟΝ ΤΕ'ΤΑΡΤΟΝ.

### ΚΕΦ. Α.

pag. 176. Ἐφεξῆς δ' ἐςὶν ἡ ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτική. [a] Ταύτης δὲ καὶ τὸ σχῆμα ὑπογέγραπται πρότερον τυπωδῶς, καὶ τὸ μέγεθος. νυνὶ δὲ λεκτέον τὰ καθ' ἕκαςα. Οἱ μὲν δὴ, τριχῇ διῄρουν, Ἀκυϊτανὃς, καὶ Βέλγας καλοῦντες καὶ Κέλτας. Τοὺς μὲν Ἀκυϊτανὃς, τελέως ἐξηλλαγμένὃς, ὃ τῇ γλώττῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σώμασιν, ἐμφερεῖς Ἴβηρσι μᾶλλον, ἢ Γαλάταις· τοὺς

VARIANTES LECTIONES.

a) ταύτης] ταύτῃ Vat. A. B.

# STRABONIS GEOGRAPHICARVM RERVM

## LIBER QVARTVS.

### CAP. I.

Quae ultra Alpes est Gallia, eius iam ante figura et magnitudo crassiore definitione descripta fuerunt; nunc singula persequemur. Sunt qui Gallos trifariam dividunt, in Aquitanos, Belgas et Celtas; de quibus Aquitani a caeterorum plane differentes non lingua modo, sed et corporibus, Hispanis quam Gallis sint similio-

τοὺς δὲ λοιποὺς Γαλατικὴν μὲν τὴν ὄψιν, ὁμογλώττους Gallia
δ᾽ οὐ πάντας, ἀλλ᾽ ἐνίους μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς Narbonensis.
γλώτταις· καὶ πολιτεία δὲ, καὶ οἱ βίοι μικρὸν ἐξηλλαγμένοι εἰσίν. Ἀκυϊτανοὺς μὲν οὖν καὶ Κέλτας ἔλεγον τοὺς πρὸς τῇ Πυρήνῃ, διωρισμένους τῷ Κεμμένῳ ὄρει. Εἴρηται γὰρ, ὅτι τὴν Κελτικὴν ταύτην ἀπὸ μὲν τῆς δύσεως ὁρίζει τὰ Πυρηναῖα ὄρη τῆς ἑκατέρωθεν θα- pag. 177.
λάσσης, τῆς τε ἐντὸς καὶ τῆς ἐκτὸς προσαπτόμενα· ἀπὸ δὲ τῶν ἀνατολῶν ὁ Ῥῆνος παράλληλος ὢν τῇ Πυρήνῃ· τὰ δ᾽ [b] ἀπὸ τῶν ἄρκτων καὶ τῆς μεσημβρίας, τὰ μὲν ὁ Ὠκεανὸς περιείληφεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν βορείων ἄκρων τῆς Πυρήνης μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου· [c] τὸ δ᾽ ἐξ ἐναντίας, ἡ κατὰ Μασσαλίαν καὶ Νάρβωνα θάλαττα, καὶ αἱ Ἄλπεις ἀπὸ τῆς Λιγυστικῆς ἀρξάμεναι, μέχρι τῶν πηγῶν τοῦ Ῥήνου. Τῇ δὲ Πυρήνῃ πρὸς ὀρθὰς ἧκτο τὸ Κέμμενον ὄρος διὰ μέσων τῶν πεδίων, καὶ παύεται κατὰ μέσα, πλησίον Λουγδούνου, περὶ δισχι-

A 2 λίους

b) ἀπὸ τῶν ἄρκτων] ἀπὸ τοῦ ἄρκτου. Stroz. c) τὸ δ᾽] τὰ δὲ Bemb. Stroz.

miliores. reliqui Gallica specie, ne ipsi quidem omnes, eodem utantur sermone, sed aliquid nonnulli habeant diversitatis; forma quoque reipublicae et vitae institutis nonnihil differant. Ergo qui Pyrenae sunt proximi, eos Aquitanos et Celtas vocant, monte divisi Cemmeno. Dictum est enim supra, universam Galliam versus occasum montibus definiri Pyrenaeis, utrumque mare tam externum quam internum tangentibus; ab ortu autem Rheno, qui Pyrenaeis fluit parallelus; a septentrione Oceano, a septentrionalibus Pyrenae extremis ad ostia usque Rheni; a meridie mari, quod est ad Massiliam et Narbonem, et Alpibus, quae a Liguria incipientes ad fontes Rheni porriguntur. A Pyrena ad rectos angulos protenditur Cemmenus mons per mediam planitiem Galliae, eiusque in medio definit prope

Lug-

paret, quod tamen unde fuerit, nunc quidem mihi non liquet. Quantum ipse Casaubonus iis omnino statuerit pretium, declarat illius epistola ad Scaligerum missa p. 99. (in epist. Casaub.) *Per ego*, inquit, *te Dei hominumque fidem testor*, *quae habes in Athenaeum et Strabonem*, *ea nobiscum communices*. *Quod possum pretium summum*, *id offero*, *tibi me ipsum aeternum futurum tuum*. Nempe Scaligerum Strabonis editionem meditatum esse, Casauboni praefatio docet. At nihil movisse et retulisse illas preces, ex eventu, certe ex Casauboni silentio intelligi posse videtur, etsi hic Scaligero Strabonem suum dono miserat; de quo in epist. 583. p. 618. ubi, cum adspersas margini notas ab eo fuisse audiisset, ex Dan. Heinsio scire cupit, in cuius manus is liber pervenerit, et, ut ipsi paretur, quovis pretio rogat. Porro auctionis publicae lege ex bibliotheca regia Berolinensi acceptum tuli exemplar ed. Casaub. 2. quo olim usus erat Meursius, at magnam sui, quam iniecerat, exspectationem, cum Meursium in emendandis Strabonis plurimis locis operam praestitisse nossem, praesens diffudit. Tam enim raro parceque, quae huic consilio inserviant, praebet, et, si qua habet, in uno alterove

auctore

auctore adlegando absumuntur, ut parum inde lucri ad Strabonem redundet. Victorii notas manuscriptas, quas in bibliotheca Monacensi servari ex bibliotheca Graeca Fabricio — Harlesiana Vol. 4. p. 569. intellexissem, ut haberem, precibus adii HARLESIUM, virum de nostris literis meritissimum et singularis humanitatis documentis spectatum, quas ille non solum benevole excepit, sed, ut ratae etiam essent, magno studio contendit, neque tamen perficere potuit, cum in his conquassati orbis tumultibus et rerum trepidatione Codices aliique libri insigniores arcis conclusi, dum reddita pace libere prodire et adparere possent, tenerentur. Emissae in Bataviam preces etiamnunc insistunt aguntque, ut, quae possidet in thesauris ditissimis bibl. Lugdunensis scholia Graeca Cyriaci Anconitani in Strabonem, inde ad usus publicos nunc efferantur, quod ut sperare liceat, facit insignis summi Ruhnkenii humanitas et benevolentia, quam et in adparatibus ad Melam congerendis me expertum esse gratissimo animo et ore profiteor. Nec minorem gratiam inibunt apud Strabonem meque ipsis in perpetuum addictum habebunt obstrictumque omnibus officiorum vinculis, si qui communicare mecum

volueriat,

voluerint; quae vel ipsi reposita ad Strabonis commoda habent, vel accepta ab aliis servant. Non igitur sine grata commemoratione praeterire possum, quod IACOBS, Vir de literis Graecis egregie promeritus, ad duorum locorum libri 7. emendationem coniecturas misit, sagacitatis notae testes luculentas. Praeter illa, quae habui adhuc adminicula, alia conquirenda putavi ex Scholiastis et Grammaticis veteribus, quippe in quibus multa saepe Strabonis loca aut adlegantur aut repetuntur, quorum quidem principem locum tenet Eustathius. Eos igitur sedulo excussi et perlustravi, et, si qua expressa Strabonis vestigia vidissem, diligenter legi et suis locis notavi. Denique adii superiores omnes editiones, easque ad Casaub. I. quae subiecta est typis, adtente exegi, ut, ubi, et in quibus discreparent, quid singulae ad constituendum et effingendum textum conferrent, intelligeretur, quia sic studium hominum doctorum ipsamque Strabonis variatam subinde formam optime ipsoque conspectu declarari posse putarem. Nec in his curis dimittenda erat Guarini interpretatio Latina, quippe quae, cum ad Codicem manuscriptum informata sit, auctoritate valet non levi; adposui etiam subinde

eius exempla, ut eo instantius depelleretur error, quem multorum animis insidere vulgoque etiam ferri cognovi, Strabonis verba Graeca fere ad eam interpretationem ab Aldo fuisse accommodata adeoque depravata. Etsi enim multis eius editionem vitiis inquinatam esse minime nego, immo lubens largior; at non minoribus et paucioribus premuntur etiam Codices, quorum tamen unum, quem sequeretur, ante oculos positum habuisse debet Aldus.

His igitur armatus subsidiis ipsum Strabonis opus adgressus sum, in quo excolendo, quid praestare voluerim, ipse sum mihi conscius, etsi me desiderio potius praestitisse, quam viribus adsecutum esse, non minus sentio. Vt tamen causae lectionum aut propagatarum aut immutatarum prospici possent, breviter, quae moverunt, adiunxi, cum amplior de iis disputandi campus aperiatur in ipso ad Strabonem commentario. Norunt optime, qui in hac arena iactati sunt, aut emendationum libros perlustrarunt, in quot partes versari saepe auctorum loca possint, vel potius versentur, sensusque suus quemvis docebit, paullo audacius grassari manum, ubi hilarius gestiens animus curarumque et corporei ponderis expers ex-

sultat,

fultat, contra illam titubare et haerere timidius, ubi hic deiectus depressusque languet. Hinc forte accidit, ut alia liberius effunderem, alia cautius cohiberem. De quibus si secus visum fuerit viris doctis, si multa rectius abesse potuisse censuerint, multa melius adposita cupierint, monebunt humaniter et intra nostrarum literarum cancellos et cursum reliquum ad metam certam consiliis suis dirigent.

In figendis accentibus passim haesitavi, quippe quorum inconstans sedes in nominibus praecipue propriis vagatur, parumque sibi in his constat ipse Casaubonus. Nec minorem ab hac parte dubitationem iniecerunt particulae encliticae, quas vocant, de quibus variae virorum doctorum exstant sententiae et in ipso usu exempla, etsi, re perpensa, tum recte, ubi cetera addicunt, accentum reiiciendum esse arbitror, cum proxime praecedens vocabulum tali particula adficitur, et sic probandam disputationem Reizii, quam etiam Herodoto praeposuit. In quibus si qua sinistre et pravo loco notata deprenderint lectores, factum id etiam est Casaubonianae editionis exemplo, quod, dum gravioribus detinebatur animus, oculus intactum transsiluit. Quae

alia

alia aliunde vel meo ipsius errore irrepserunt vitia, cum nunc exempli typis descripti copia non detur, quod exquiri possit, alio tempore indicabo. Succurrit in praesentia hoc unum, quod p. 333. notam 1. prave expressam et conturbatam esse vidi, etsi singula de Codd. recte habent et vere, nec omnino in ipsa re a Graeco usu aberretur. Notum enim est, verbum ἐλαύνειν cum cognatis, quod in his temporibus ab ἐλάω formam ducit, adpositum habere σ, quod soli Attici negligant, uti diserte tradunt Grammatici veteres. (v. etiam Schweighaeuser. ad Polyb. 6, 22, 4. et passim alibi.) Sunt etiam, qui in his verbis σ unice et simpliciter agnoscant, in quibus Theodorus Gaza. Moverant haec primum, ut adponerem, probata Cod. Med. auctoritate; post recordatus, constanti Codd. consensu a Strabone lib. 3. p. 171. aliisque in locis negligi, immutaveram notam, quae tamen priori forma exierat. Restat nunc, ut paucis commemorem ea, in quibus porro opera mea versabitur, si vita subpeditarit et corporis valetudo adnuerit. Ipsum contextum Strabonis excipiet commentarius uberior, in quo non solum, quae ex subsidiis criticis remanserunt, arcessentur, et de locorum lectione, ubi aptum fuerit visum aut necessarium,

rium, disputatio contexetur, sed et rerum illustratio subiungetur. Quae Geographiam Mathematicam spectant, eius explicandae partes benevole suscepit AUG. FRID. LÜDICKE, collega coniunctissimus, qui in hac schola Electorali magna cum laude et utilitate nostros iuvenes Mathesin docet. Tomus ultimus continebit Lexicon Strabonianum et indicem rerum praemissum, forte habebit etiam dissertationem de Strabone, qualem de Eutropio exhibui. Haec igitur sunt, quae adparare pro virium modo constitui. Tu autem, lector benevole, non huic solum operae institutae, sed et futurae conatibus fave.

Scr. Misnae V Cal. Jun. MDCCIIXC.

C. H. Tzschucke.

STRA-

# ΤΩ͂Ν ΣΤΡΑ΄ΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩ͂Ν ΤΟΥ͂ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΑ.

Ἐν τῷ τετάρτῳ τὰ περὶ Γαλλίαν· καὶ ὅσα διείργουσιν, αἱ Ἄλπεις τῆς Ἰταλίας ἔνδον· ἐν οἷς καὶ Βρετανία, καὶ τῶν ὠκεανιτίδων νήσων τινὲς, ὅσαι καὶ δοκοῦσιν οἰκεῖσθαι. καὶ βαρβάρων χώραν, καὶ ἔθνη παροικοῦντα τοῦ Ἴστρου πέραν.

# STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBRI QVARTI CAPITA.

Quartus liber exhibet Galliae descriptionem, regionumque intra Alpes ad Italiam. Agit deinde de Britania, et nonnullis insulis in Oceano, quae habitari videntur; deque barbarorum terris, et populis ulteriora Istri tenentibus.

Gallia Narbonensis

# ΣΤΡΑ'ΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

## ΒΙΒΛΙ'ΟΝ ΤΕ'ΤΑΡΤΟΝ.

### ΚΕΦ. Α.

pag. 176. Ἐφεξῆς δ' ἐςὶν ἡ ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτική. [a] Ταύτης δὲ καὶ τὸ σχῆμα ὑπογέγραπται πρότερον τυπωδῶς, καὶ τὸ μέγεθος. νυνὶ δὲ λεκτέον τὰ καθ' ἕκαςα. Οἱ μὲν δὴ, τριχῇ διῄρουν, Ἀκυϊτανὺς, καὶ Βέλγας καλοῦντες καὶ Κέλτας. Τοὺς μὲν Ἀκυϊτανὺς, τελέως ἐξηλλαγμένυς, ὐ τῇ γλώττῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σώμασιν, ἐμφερεῖς Ἴβηρσι μᾶλλον, ἢ Γαλάταις· τοὺς

VARIANTES LECTIONES.

a) Ταύτης] ταύτῃ Vat. A. B.

# STRABONIS GEOGRAPHICARVM RERVM

## LIBER QVARTVS.

### CAP. I.

Quae ultra Alpes est Gallia, eius iam ante figura et magnitudo crassiore definitione descripta fuerunt; nunc singula persequemur. Sunt qui Gallos trifariam dividunt, in Aquitanos, Belgas et Celtas; de quibus Aquitani a caeterorum plane differentes non lingua modo, sed et corporibus, Hispanis quam Gallis sint similio-

τοὺς δὲ λοιποὺς Γαλατικὴν μὲν τὴν ὄψιν, ὁμογλώττους Gallia δʼ οὐ πάντας, ἀλλʼ ἐνίους μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς Narbonensis. γλώτταις· καὶ πολιτεία δὲ, καὶ οἱ βίοι μικρὸν ἐξηλλαγμένοι εἰσίν. Ἀκυϊτανοὺς μὲν οὖν καὶ Κέλτας ἔλεγον τοὺς πρὸς τῇ Πυρήνῃ, διωρισμένους τῷ Κεμμένῳ ὄρει. Εἴρηται γὰρ, ὅτι τὴν Κελτικὴν ταύτην ἀπὸ μὲν τῆς δύσεως ὁρίζει τὰ Πυρηναῖα ὄρη τῆς ἑκατέρωθεν θα- pag. 177. λάσσης, τῆς τε ἐντὸς καὶ τῆς ἐκτὸς προσαπτόμενα· ἀπὸ δὲ τῶν ἀνατολῶν ὁ Ῥῆνος παράλληλος ὢν τῇ Πυρήνῃ· τὰ δʼ [b] ἀπὸ τῶν ἄρκτων καὶ τῆς μεσημβρίας, τὰ μὲν ὁ Ὠκεανὸς περιείληφεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν βορείων ἄκρων τῆς Πυρήνης μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου· [c] τὸ δʼ ἐξ ἐναντίας, ἡ κατὰ Μασσαλίαν καὶ Νάρβωνα θάλαττα, καὶ αἱ Ἄλπεις ἀπὸ τῆς Λιγυστικῆς ἀρξάμεναι, μέχρι τῶν πηγῶν τοῦ Ῥήνου. Τῇ δὲ Πυρήνῃ πρὸς ὀρθὰς ἧκτο τὸ Κέμμενον ὄρος διὰ μέσων τῶν πεδίων, καὶ παύεται κατὰ μέσα, πλησίον Λουγδούνου, περὶ δισχι-

A 2 λίους

b) ἀπὸ τῶν ἄρκτων] ἀπὸ τοῦ ἄρκτου. Stroz. c) τὸ δʼ] τὰ δὲ Bemb. Stroz.

miliores. reliqui Gallica specie, ne ipsi quidem omnes, eodem utantur sermone, sed aliquid nonnulli habeant diversitatis; forma quoque reipublicae et vitae institutis nonnihil differant. Ergo qui Pyrenae sunt proximi, eos Aquitanos et Celtas vocant, monte divisi Cemmeno. Dictum est enim supra, universam Galliam versus occasum montibus definiri Pyrenaeis, utrumque mare tam externum quam internum tangentibus; ab ortu autem Rheno, qui Pyrenaeis fluit parallelus; a septentrione Oceano, a septentrionalibus Pyrenae extremis ad ostia usque Rheni; a meridie mari, quod est ad Massiliam et Narbonem, et Alpibus, quae a Liguria incipientes ad fontes Rheni porriguntur. A Pyrena ad rectos angulos protenditur Cemmenus mons per medium planitiem Galliae, eiusque in medio definit prope

Lug-

Gallia Narbonensis. λίας ἐκταθὲν ςαδίας. Ἀκυϊτανὰς μὲν τοίνυν ἔλεγον τὰς τὰ βόρεια τῆς Πυρήνης μέρη κατέχοντας, καὶ τῆς Κεμμένης, μέχρι πρὸς τὸν Ὠκεανὸν, τὰ ἐντὸς Γαρȣ̃να ποταμȣ̃. Κέλτας δὲ, τὰς ἐπὶ θάτερα μέρη καθήκοντας, καὶ τὸν κατὰ Μασσαλίαν καὶ Νάρβωνα θάλατταν, ἁπτομένας δὲ καὶ τῶν Ἄλπεων ὀρῶν ἐνίων. Βέλγας δ' ἔλεγον τὰς λοιπὰς τε τῶν παρωκεανιτῶν μέχρι τῶν ἐκβολῶν τȣ̃ Ῥήνȣ, καί τινας τῶν παροικȣ́ντων τὸν Ῥῆνον καὶ τὰς Ἄλπεις. Οὕτω δὲ ὁ θεὸς Καῖσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἴρημεν. Ὁ δὲ Σεβαςὸς Καῖσαρ τετραχῆ διελὼν, τοὺς μὲν Κέλτας τῆς Ναρβωνίτιδος ἐπαρχίας ἀπέφηνεν· Ἀκυϊτανὰς δ' [d] ὥσπερ κἀκεῖνος· προσέθηκε δὲ [e] τέσσαρες καὶ δέκα ἔθνη τῶν μεταξὺ τȣ̃ Γαρȣ̃να, καὶ τȣ̃ Λίγυρος ποταμȣ̃ νεμομένων· τὴν δὲ λοιπὴν διελὼν δίχα, τὴν μὲν Λȣγδȣ́νῳ προσώρισε μέχρι τῶν ἄνω μερῶν τȣ̃ Ῥήνȣ, τὴν δὲ τοῖς Βέλ-

d) ὥσπερ] οὔσπερ. Venet. Interpr. pr. e) τέσσαρες καὶ δέκα] Sic codd. Vat. A Bemb. Casaub. Vulgo inepte ἑκάςας καὶ δέκα. vid. Strab. IV. pag. 189. c. ed. Casaub.

Lugdunum ad MM stadia porrectus. Aquitanos ergo dicunt eos, qui intra Garumnam fluvium septentrionalia Pyrenae et Cemmeni, usque ad Oceanum accolunt; Celtas, qui ad alteram partem habitant versus mare, quod ad Massiliam et Narbonem est, et usque ad quandam Alpium partem pertingunt; Belgas denique vocant reliquos Oceano propinqua tenentes usque ad Rheni ostia, et quosdam Rhenum et Alpes incolentes. Sic etiam D. Caesar in commentariis suis tradidit. Augustus autem Caesar in quatuor partes Galliam divisit, ita ut Celtas Narbonensi provinciae attribueret, Aquitanos eosdem cum Iulio faceret, iisque quatuordecim alias gentes, intra Garumnam et Ligerin habitantes, attribueret; reliquum in duas partes divideret, quarum unam usque ad superiora Rheni Lugduno adiungeret, alteram Belgis.

Enim-

Βέλγαις. Ὅσα μὲν οὖν φυσικῶς διώρισται, δεῖ λέγειν τὸν γεωγράφον, καὶ ὅσα ἐθνικῶς, καὶ ὅ, τι ἂν ᾖ καὶ μνήμης ἄξιον· ὅσα δ', οἱ ἡγεμόνες πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι διατάττουσι ποικίλως, ἀρκεῖ κἂν ἐν κεφαλαίῳ τις εἴπῃ· τοῦ δ' ἀκριβοῦς, ἄλλοις παραχωρητέον. Gallia Narbonensis.

§. 2.

Ἅπασα μὲν [f] οὖν αὕτη, ποταμοῖς κατάρρυτος ἡ χώρα, τοῖς μὲν ἐκ τῶν Ἄλπεων καταφερομένοις, τοῖς δ' ἐκ τοῦ Κεμμένου, καὶ τῆς Πυρήνης, καὶ τοῖς μὲν εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἐκβάλλουσι, τοῖς δὲ εἰς τὴν ἡμετέραν θάλατταν. Δι' ὧν δὲ φέρονται χωρίων, πεδία ἐστὶ τὰ πλεῖστα, καὶ γεωλοφίαι, διάρρους ἔχουσαι πλωτούς. Οὕτως δ' εὐφυῶς ἴσχει τὰ ῥεῖθρα πρὸς ἄλληλα, ὥστ' ἐξ ἑκατέρας τῆς θαλάττης εἰς τὴν ἑκατέραν κατακομίζεσθαι, πορευομένων ἐπ' ὀλίγον τῶν φορτίων καὶ pag. 178. διὰ πεδίων εὐμαρῶς· τὸ δὲ πλέον τοῖς ποταμοῖς, τοῖς μὲν ἀναγομένων, τοῖς δὲ καταγομένων. Ἔχει



f) οὖν αὕτη] οὖν ἐστιν αὕτη. Vat. A. Stroz. A. B.

Enimvero geographi officium est iis divisionibus inhaerere, quae vel ab ipsa natura proveniant, vel a populis institutae, vel quae alia ex causa memoratu dignae sint. Quae autem principes pro temporum ratione varie constituerunt, uno tantum verbo indicasse satis est, et accuratam designationem aliis concedere.

§. 2.

Tota ergo Gallia amnibus rigatur, quorum alii ex Alpibus, alii ex Cemmeno et Pyrena delapsi, partim in Oceanum, partim in nostrum mare exeunt. Loca, per quae feruntur, pleraque sunt campestria, aut tumuli terrestres, alveis praediti navigabilibus. Fluvii enim ita commode se invicem respiciunt, ut ab utroque mari ad alterum facile perferantur merces, maiori ex parte descensu et adscensu fluviorum, aliquantum etiam terra. Ad quam

Gallia Narbonensis. λίους ἐκταθὲν σταδίους. Ἀκυιτανοὺς μὲν τοίνυν ἔλεγον τοὺς τὰ βόρεια τῆς Πυρήνης μέρη κατέχοντας, καὶ τῆς Κεμμένης, μέχρι πρὸς τὸν Ὠκεανὸν, τὰ ἐντὸς Γαρούνα ποταμοῦ. Κέλτας δὲ, τοὺς ἐπὶ θάτερα μέρη καθήκοντας, καὶ τὸν κατὰ Μασσαλίαν καὶ Νάρβωνα θάλατταν, ἁπτομένους δὲ καὶ τῶν Ἄλπεων ὀρῶν ἐνίων. Βέλγας δ' ἔλεγον τοὺς λοιπούς τε τῶν παρωκεανιτῶν μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου, καὶ τινὰς τῶν παροικούντων τὸν Ῥῆνον καὶ τὰς Ἄλπεις. Οὕτω δὲ ὁ θεὸς Καῖσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἴρημεν. Ὁ δὲ Σεβαστὸς Καῖσαρ τετραχῆ διελὼν, τοὺς μὲν Κέλτας τῆς Ναρβωνίτιδος ἐπαρχίας ἀπέφηνεν· Ἀκυϊτανοὺς δ'[d] ὥσπερ κἀκεῖνος· προσέθηκε δὲ[e] τέσσαρες καὶ δέκα ἔθνη τῶν μεταξὺ τοῦ Γαρούνα, καὶ τοῦ Λίγυρος ποταμοῦ νεμομένων· τὴν δὲ λοιπὴν διελὼν δίχα, τὴν μὲν Λουγδούνῳ προσώρισε μέχρι τῶν ἄνω μερῶν τοῦ Ῥήνου, τὴν δὲ τοῖς Βέλ-

d) ὥσπερ] οὕσπερ. Venet. Interpr. pr. e) τέσσαρες καὶ δέκα] Sic codd. Vat. A Bemb. Casaub. Vulgo inepte ἑκάτερας καὶ δέκα. vid. Strab. IV. pag. 189. c. ed. Casaub.

Lugdunum ad MM stadia porrectus. Aquitanos ergo dicunt eos, qui intra Garumnam fluvium septentrionalia Pyrenae et Cemmeni, usque ad Oceanum accolunt; Celtas, qui ad alteram partem habitant versus mare, quod ad Massiliam et Narbonem est, et usque ad quandam Alpium partem pertingunt; Belgas denique vocant reliquos Oceano propinqua tenentes usque ad Rheni ostia, et quosdam Rhenum et Alpes incolentes. Sic etiam D. Caesar in commentariis suis tradidit. Augustus autem Caesar in quatuor partes Galliam divisit, ita ut Celtas Narbonensi provinciae attribueret, Aquitanos eosdem cum Iulio faceret, iisque quatuordecim alias gentes, intra Garumnam et Ligerin habitantes, attribueret; reliquum in duas partes divideret, quarum unam usque ad superiora Rheni Lugduno adiungeret, alteram Belgis.
Enim-

Βέλγαις. Ὅσα μὲν οὖν φυσικῶς διώρισται, δεῖ λέγειν τὸν γεωγράφον, καὶ ὅσα ἐθνικῶς, καὶ ὅ, τι ἂν ᾖ καὶ μνήμης ἄξιον· ὅσα δ', οἱ ἡγεμόνες πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι διατάττουσι ποικίλως, ἀρκεῖ κἂν ἐν κεφαλαίῳ τις εἴπῃ· τοῦ δ' ἀκριβοῦς, ἄλλοις παραχωρητέον. Gallia Narbonensis.

§. 2.

Ἅπασα μὲν [f] οὖν αὕτη, ποταμοῖς κατάῤῥυτος ἡ χώρα, τοῖς μὲν ἐκ τῶν Ἄλπεων καταφερομένοις, τοῖς δ' ἐκ τοῦ Κεμμένου, καὶ τῆς Πυρήνης, καὶ τοῖς μὲν εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἐκβάλλουσι, τοῖς δὲ εἰς τὴν ἡμετέραν θάλατταν. Δι' ὧν δὲ φέρονται χωρίων, πεδία ἐστὶ τὰ πλεῖστα, καὶ γεωλοφίαι, διάῤῥους ἔχουσαι πλωτούς. Οὕτως δ' εὐφυῶς ἴσχει τὰ ῥεῖθρα πρὸς ἄλληλα, ὥστ' ἐξ ἑκατέρας τῆς θαλάττης εἰς τὴν ἑκατέραν κατακομίζεσθαι, πορευομένων ἐπ' ὀλίγον τῶν φορτίων καὶ pag. 178. διὰ πεδίων εὐμαρῶς· τὸ δὲ πλέον τοῖς ποταμοῖς, τοῖς μὲν ἀναγομένων, τοῖς δὲ καταγομένων. Ἔχει δὲ



f) οὖν αὕτη] οὖν ἐστιν αὕτη. Vat. A. Stroz. A. B.

Enimvero geographi officium est iis divisionibus inhaerere, quae vel ab ipsa natura proveniant, vel a populis institutae, vel quae alia ex causa memoratu dignae sint. Quae autem principes pro temporum ratione varie constituerunt, uno tantum verbo indicasse satis est, et accuratam designationem aliis concedere.

§. 2.

Tota ergo Gallia amnibus rigatur, quorum alii ex Alpibus, alii ex Cemmeno et Pyrena delapsi, partim in Oceanum, partim in nostrum mare exeunt. Loca, per quae feruntur, pleraque sunt campestria, aut tumuli terrestres, alveis praediti navigabilibus. Fluvii enim ita commode se invicem respiciunt, ut ab utroque mari ad alterum facile perferantur merces, majori ex parte descensu et adscensu fluviorum, aliquantum etiam terra. Ad quam rem

Gallia Narbonensis.

δέ τι πλεονέκτημα πρὸς τοῦτο ὁ Ῥοδανός· καὶ γὰρ πολλαχόθεν ἐστὶ σύῤῥους, [g] ὥσπερ εἴρηται, καὶ συνάπτει πρὸς τὴν ἡμετέραν θάλατταν κρείττω τῆς ἐκτὸς οὖσαν, καὶ διὰ χώρας διέξεισι τῆς εὐδαιμονεστάτης τῶν ταύτῃ. Τοὺς δ᾽ αὐτοὺς ἐκφέρει καρποὺς ἡ Ναρβωνῖτις ἅπασα, [h] οὕσπερ ἡ Ἰταλία. [i] Παριόντι δ᾽ ἐπὶ τὰς ἄρκτους καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος, ἡ μὲν ἐλαιόφυτος καὶ συκοφόρος ἐκλείπει, τ᾽ ἄλλα δὲ φύεται. καὶ ἡ ἄμπελος δὲ προϊοῦσιν οὐ ῥαδίως τελεσφορεῖ· ἡ δ᾽ ἄλλη πᾶσα, σῖτον φέρει πολὺν, καὶ κέγχρον καὶ βάλανον, καὶ βοσκήματα παντοῖα· ἀργὸν δ᾽ αὐτῆς οὐδὲν, πλὴν εἴ τι ἕλεσι κεκώλυται καὶ δρυμοῖς· καί τοι καὶ τοῦτο συνοικεῖται πολυανθρωπίᾳ μᾶλλον, ἢ ἐπιμελείᾳ. καὶ γὰρ τοκάδες αἱ γυναῖκες, καὶ τρέφειν ἀγαθαί· οἱ δ᾽ ἄνδρες μαχηταὶ μᾶλλον, ἢ γεωργοί. νῦν δ᾽ ἀναγκάζονται γεωργεῖν, καταθέμενοι τὰ ὅπλα. Κοινῇ

g) ὥσπερ εἴρηται] Xylander coni. ὥσπερ εἰρήσεται. h) οὕσπερ] ὥσπερ. Vat. A. Stroz. uterque. i) Παριόντι] Προϊόντι Vat. A. B. Stroz. Venet. A. Casauboni MSSti.

rem aptior aliquanto reliquis est Rhodanus, in quem, ut dictum est, multis ex locis aqua confluit, et qui in nostrum mare exit, quod Oceano maiora nobis commoda praebet; ac regionem totius Galliae fecundissimam perlabitur. Profert Narbonensis Gallia omnia fructuum genera, quae in Italia nascuntur. Inde versus septentrionem et Cemmenum montem progressus, solum omnium rerum, oleo et ficu demtis, ferax invenies. sed et vitis, ubi processeris, non facile uvas ad maturitatem perducit. Reliqua omnis Gallia multum fert frumenti, milii, glandis, ac omnigenum alit pecus: nihil in ea otiosum est, nisi qua paludes aut sylvae obstant; quanquam et illa loca incoluntur, magis hominum copia quam accuratione. Namque mulieres fecundae sunt, et educatrices bonae, viri autem bello quam agricultura meliores. nostro tamen tempore coguntur positis armis agros

Κοινῇ μὲν οὖν ταῦτα λέγομεν, περὶ τῆς ἐκτὸς πάσης Κελτικῆς· περὶ δὲ τῶν τεταρτημορίων ἑκάστου διαλαβόντες, λέγωμεν νυνὶ μεμνημένοι τυπωδῶς· καὶ πρῶτον περὶ τῆς Ναρβωνίτιδος. Gallia Narbonensis.

§. 3.

Ταύτης δὲ τὸ σχῆμα παραλληλόγραμμόν πως ἐστὶν, ἐκ μὲν τῆς ἑσπέρας γραφόμενον τῇ Πυρήνῃ, πρὸς δὲ τὰς ἄρκτους τῷ Κεμμένῳ· τὰς δὲ λοιπὰς, τὴν μὲν νότιον ἡ θάλαττα ποιεῖ, [k] μεταξὺ Πυρήνης καὶ Μασσαλίας· τὴν δ' ἑωθινὴν αἱ Ἄλπεις ἐκ μέρους, καὶ τὸ μεταξὺ διάστημα τῶν Ἄλπεων, ἐπ' εὐθείας αὐταῖς ληφθὲν, καὶ τῶν ὑπωρειῶν τοῦ Κεμμένου τῶν καθηκουσῶν ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν, καὶ ποιουσῶν ὀρθὴν γωνίαν πρὸς τὴν λεχθεῖσαν ἀπὸ τῶν Ἄλπεων εὐθεῖαν. τῷ δὲ νοτίῳ πρόσκειται παρὰ τὸ λεχθὲν σχῆμα ἡ ἐφεξῆς παραλία, ἣν ἔχουσιν οἵ τε Μασσαλιῶται, καὶ οἱ [l] Σάλυες μέχρι Λιγύων, ἐπὶ τὰ πρὸς Ἰταλίαν μέρη, καὶ τὸν Οὔαρον ποταμόν. Οὗτος δ' ἐστὶν, ὡς εἶπον πρότε-



k) μεταξὺ] ἡ μεταξὺ Vat. A. B. l) Σάλυες] Σύλυες Vat. A. Σύλλες Venet. A.

agros colere. Atque haec in genere dicta sunto de Gallia exteriore. Nunc de singulis quadrantibus ordine et rudi Minerva dicamus, initio a Narbonensi facto.

§. 3.

Huius figura quodammodo parallelogrammum refert, cuius occiduum latus Pyrene includit, septentrionale Cemmenus; austrinum conficit mare, quod inter Pyrenam est et Massiliam, et orientales partim Alpes, partim intervallum ad rectos angulos sumtum inter Alpes, et procursus Cemmeni ad Rhodanum porrectos, qui ad angulum rectum incidunt lineae ab Alpibus ductae. Austrino lateri adiacet, praeter dictam figuram, ora maritima, quam Massilienses et Salyes tenent, usque ad Liguriam et Italiae fines, ac Varum fluvium, quo (ut ante dixi) Nar-

Gallia Narbonensis πρότερον, ὅριον τῆς Ναρβωνίτιδος· ὑπάρχει δὲ καὶ τῆς Ἰταλίας, θέρους μὲν μικρὸς, [m] χειμῶνος δὲ μέχρι ἑπτὰ σταδίων πλατυνόμενος. Ἐντεῦθεν μὲν οὖν ἡ παραλία παρατείνει μέχρι τοῦ ἱεροῦ τῆς Πυρηναίας Ἀφροδίτης· καὶ τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ὅριον ταύτης τε τῆς ὑπαρχίας, καὶ τῆς Ἰβηρικῆς· ἔνιοι δὲ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἐστὶ τὰ Πομπηΐου τρόπαια, ὅριον Ἰβηρίας ἀποφαίνουσι καὶ τῆς Κελτικῆς. Ἔστι δ᾽ ἔνθεν εἰς Νάρβωνα μίλια ξγ· ἐκεῖθεν δὲ εἰς Νέμαυσον, ὀγδοήκοντα ὀκτώ· ἐκ Νεμαύσου δὲ διὰ [n] Οὐγέρνου καὶ Ταράσκωνος εἰς τὰ θερμὰ ὕδατα τὰ Σέξτια καλούμενα, ἅπερ πλησίον Μασσαλίας ἐστὶ, νγ· ἐντεῦθεν δὲ εἰς Ἀντίπολιν καὶ τὸν Οὔαρον ποταμὸν σγ· ὥστε τὰ σύμπαντα γίνεται μίλια διακόσια ἑβδομήκοντα ἑπτά. Ἔνιοι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀφροδισίου μέχρι τοῦ Οὐάρου σταδίους ἀνέγραψαν δισχιλίους ἑξακοσίους· οἱ δὲ καὶ διακοσίους προστιθέασιν· οὐ γὰρ ὁμολογεῖται περὶ τῶν διαστημάτων. Κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν ὁδὸν

pag. 179.

m) χειμῶνος δὲ] χ. δὲ, καὶ Venet. A. n) Οὐγέρνου] Ita omnes MSSti. vulgo Οὐεργινοῦ.

Narbonensis Gallia terminatur itemque Italia. Is aestate parvus, hyeme ad VII stadiorum latitudinem augetur. Ab hoc igitur ora maritima protenditur usque ad templum Veneris Pyrenaeae, quo haec provincia et Hispania limite distinguuntur; quanquam pro eo alii locum designant eum, ubi sunt Pompeii tropaea. Inde ergo Narbonem usque milliaria sunt LXIII. hinc Nemausum LXXXVIII. a Nemauso per Vgernum ac Tarasconem ad aquas calidas quae Sextiae appellantur, quae prope Massiliam sunt, LIII. hinc ad Antipolin et Varum amnem, LXXIII. in summa, miliaria CCLXXVII. Alii a Veneris templo usque ad Varum stadia tradiderunt CIƆ CIƆ IƆ C; nonnulli CC addunt; non enim idem omnes de intervallis sentiunt. Altera via per Vocontios et ditionem Cot-

ὁδὸν τὴν διὰ Οὐοκοντίων καὶ τῆς [o] Κοττίου· μέχρι μὲν [p] Οὐγέρνου, καὶ Ταράσκωνος κοινὴ ὁδὸς ἡ ἀπὸ Νεμαύσου· ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ μὲν τοὺς Οὐοκοντίων ὅρους, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀναβάσεως τῶν Ἄλπεων διὰ Δρουεντίας καὶ Καβαλλίωνος μίλια ἑξήκοντα τρία· πάλιν δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἑτέρους ὅρους τῶν Οὐοκοντίων πρὸς τὴν Κοττίου μίλια ἑκατὸν ἑνὸς δέοντα, [q] εἰς Ἐπεβρόδουνον κώμην· εἶτ' ἄλλοι τοσοῦτοι διὰ Βριγαντίου κώμης, ἐκ Σκιγγομάγου, καὶ τῆς τῶν Ἄλπεων ὑπερθέσεως, ἐπὶ Ὤκελον τὸ πέρας τῆς Κοττίου γῆς· καὶ ἡ ἀπὸ Σκιγγομάγου δὲ ἤδη Ἰταλία λέγεται· ἔστι δὲ ἐνθένδε ἐπὶ Ὤκελον, μίλια [r] κ ζ. Gallia Narbonensis.

## §. 4.

Κτίσμα δ' ἐστὶ Φωκαιέων ἡ Μασσαλία, κεῖται δ' ἐπὶ χωρίου πετρώδους· ὑποπέπτωκε δ' αὐτῆς ὁ λιμὴν θεατροειδεῖ πέτρᾳ, βλεπούσῃ πρὸς τὸν νότον. Τετεί-

 χισαι

o) Κοττίου] Sic cum Interpr. priori lego suadente iam Casaubono, et Strabone ipso id postulante. vid. paulo post. Codices omnes quos evolui vulgarem ac falsam lectionem Κοντίου profitentur. p) Οὐγέρνου] Ita Casauboni auctoritate rescripsi pro Γέρνου vulg. q) εἰς Ἐπεβρόδουνον] Casaub. coniecit ἐπ' Ἐβρέδουνον inducto εἰς. r) κζ] Casauboni MSSti habent κη.

Cottii. Vgernum quidem usque et Tarasconem a Nemauso communis est via. Hinc usque ad Vocontiorum terminos et initium adscensus Alpium per Druentiam et Caballionem milliaria LXIII. inde ad alteros Vocontiorum terminos et ad Cottii terram, milliaria IC. ad Epebrodunum vicum. hinc totidem per Brigantium vicum a Scingomago et Alpium altos transitus, usque ad Oeelum, qui est terrae Cottiae finis. nam a Scingomago iam Italia dicitur, et distat ab Ocelo milliaria XXVII.

## §. 4.

Massilia a Phocaeensibus est condita; sita loco saxoso, portum habens subiectum, theatri forma cavato saxo, austro obversum. Cum portus, tum ipsa urbs praeclare aedi-

Gallia Narbonensis.

χισαι δὲ καλῶς καὶ αὐτὴ καὶ ἡ πόλις σύμπασα, μέγεθος ἔχουσα ἀξιόλογον. Ἐν δὲ τῇ ἄκρα τὸ Ἐφέσιον ἵδρυται, καὶ τὸ τοῦ Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· τοῦτο μὲν κοινὸν Ἰώνων ἁπάντων· τὸ δὲ Ἐφέσιον, τῆς Ἀρτέμιδος ἐστὶ νεὼς τῆς Ἐφεσίας. Ἀπαίρουσι γὰρ τοῖς Φωκαιεῦσιν ἐκ τῆς οἰκείας, λόγιον ἐκπεσεῖν φασὶν, ἡγεμόνι χρήσασθαι τοῦ πλοῦ παρὰ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος λαβοῦσι· τοὺς μὲν δὴ προσαχθέντας τῇ Ἐφέσῳ ζητεῖν ὅν τινα τρόπον ἐκ τῆς θεοῦ πορίσαιντο τὸ προσταχθέν. Ἀριστάρχῃ δὲ τῶν ἐντίμων σφόδρα γυναικῶν, παραστῆναι κατ' ὄναρ τὴν θεὸν, καὶ κελεῦσαι συναπαίρειν τοῖς Φωκαιεῦσιν, ἀφίδρυμά τι τῶν ἱερῶν λαβούσῃ· γενομένου δὲ τούτου, καὶ τῆς ἀποικίας λαβούσης τέλος, τό, τε ἱερὸν ἱδρύσασθαι, καὶ τὴν Ἀριστάρχην τιμῆσαι διαφερόντως ἱέρειαν ἀποδείξαντας· ἔν τε ταῖς ἀποίκοις πόλεσι πανταχοῦ τιμᾶν ἐν τοῖς πρώτοις ταύτην τὴν θεὸν, καὶ τοῦ ξοάνου τὴν διάθεσιν τὴν αὐτὴν, καὶ τ' ἄλλα νόμιμα φυλάττειν τὰ αὐτὰ ἅπερ ἐν τῇ μητροπόλει ἐνενόμιστο.

§. 5.

aedificata est iustae magnitudinis. In arce est Ephesium, et Apollinis Delphinii fanum. Hoc quidem omnium Ionum commune est; Ephesium autem, fanum est Dianae Ephesiae. Aiunt enim Phocaeensibus patriam relinquentibus oraculum editum fuisse, quo iubebantur navigationis ducem a Diana Ephesia accipere. itaque eos, cum Ephesum appulissent, quaesivisse, quo pacto a dea consequerentur quod mandatum erat. Ibi Aristarchae honoratissimarum uni matronarum deam per quietem adstitisse, ac iussisse, ut sumta secum quadam sacrorum imagine Phocaeenses comitaretur. quibus ita factis, colonia condita Phocaeenses fanum exstruxisse, eiusque antistitam fecisse Aristarcham, inque honore summo habuisse. sed et in reliquis coloniis eos ubique primo loco deam istam colere, et ad imitationem Ephesi simulacrum deae, ac reliquos ritus instituere.

§. 5.

§. 5. Gallia Narbonensis.

Διοικοῦνται δ' ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων εὐνομώτατα· ἀνδρῶν χ καταστήσαντες συνέδριον, διὰ βίου ταύτην ἐχόντων τὴν τιμήν, οὓς Τιμούχους καλοῦσι. πεντεκαίδεκα δ' εἰσὶ τοῦ συνεδρίου προεστῶτες, τούτοις δὲ τὰ πρόχειρα διοικεῖν δέδοται. πάλιν δὲ τῶν πεντεκαίδεκα προκάθηνται τρεῖς οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες· ˢ τούτων δὲ εἷς Τιμοῦχος οὐ γίνεται μὴ τέκνα ἔχων, μηδὲ διὰ τριγονίας ἐκ πολιτῶν γεγονώς. Οἱ δὲ νόμοι Ἰωνικοὶ, πρόκεινται δὲ δημοσίᾳ. Χώραν δ' ἔχουσιν ἐλαιόφυτον μὲν, καὶ κατάμπελον· σίτῳ δὲ λυπροτέραν διὰ τὴν τραχύτητα· ὥστε πεποιθότες τῇ θαλάττῃ μᾶλλον ἢ τῇ γῇ, τὸ πρὸς ναυτιλίας εὐφυὲς εἵλοντο μᾶλλον. Ὕστερον μέντοι ταῖς ἀνδραγαθίαις pag. 180. ἴσχυσαν προσλαβεῖν τινα τῶν πέριξ πεδίων, ἀπὸ τῆς αὐτῆς δυνάμεως, ἀφ' ἧς καὶ τὰς πόλεις ἔκτισαν, ἐπιτειχίσματα τὰς μὲν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τοῖς Ἴβηρσιν, οἷς

s) τούτων δὲ εἷς] τ. δὲ οὐδ' εἷς. Venet. A.

§. 5.

Reſpublica Maſſilienſium omnium optime legibus paret, adminiſtrata per optimates concilio IↃC virorum, quos ab honore, quem et per totam vitam gerunt, Timuchos nominant. Huic concilio quindecim viri praeſunt, quorum eſt occurrentia negotia expedire; de his rurſum tres praeſident, maxima poteſtate. nullus Timuchi dignitatem conſequitur, cui nulli ſint liberi, aut cuius ſtirps inter cives non per tres aetates duraverit. Legibus utuntur Ionicis, publice expoſitis. Solum poſſident oleis ac vitibus conſitum, frumenti autem ob aſperitatem ſterile; itaque mari magis quam terrae fidentes, ad navigationes ingenium potius contulerunt. Poſterioribus tamen temporibus fortitudine ſua freti quoſdam circumiacentium camporum in ſuam poteſtatem redegerunt, qua eadem ſubnixi, urbes quoque condiderunt, quibus munitionibus uterentur; ut ad Hiſpaniam contra Hiſpanos, quibus etiam ritus

Gallia Narbonensis.

οἷς καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος παρέδοσαν τὰ πάτρια, ὥστε Ἑλληνιστὶ θύειν· τὴν δὲ Ῥόην Ἀγαθὴν τοῖς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦσι τὸν Ῥοδανὸν βαρβάροις· τὸ δὲ Ταυρέντιον, καὶ τὴν Ὀλβίαν, καὶ Ἀντίπολιν, καὶ Νίκαιαν, τῷ τῶν Σαλύων ἔθνει καὶ τοῖς Λίγυσι τοῖς τὰς Ἄλπεις οἰκοῦσιν. Εἰσὶ δὲ καὶ νεώσοικοι παρ' αὐτοῖς, καὶ ὁπλοθήκη· πρότερον δὲ, καὶ πλοίων εὐπορία καὶ ὅπλων, καὶ ὀργάνων, τῶν τε πρὸς τὰς ναυτιλίας χρησίμων, καὶ τῶν πρὸς πολιορκίας, ἀφ' ὧν πρός τε τοὺς βαρβάρους ἀντέσχον, καὶ Ῥωμαίους ἐκτήσαντο φίλους, καὶ πολλὰ καὶ αὐτοὶ χρήσιμοι κατέστησαν ἐκείνοις, κἀκεῖνοι προσελάβοντο τῆς αὐξήσεως αὐτῶν. Σέξτιος γοῦν ὁ καταλύσας τοὺς Σάλυας, οὐ πολὺ ἄπωθεν τῆς Μασσαλίας, κτίσας πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ὑδάτων τῶν θερμῶν, ὧν τινα μεταβεβληκέναι φασὶν εἰς ψυχρά, ἐνταῦθά τε φρουρὰν κατῴκισε Ῥωμαίων, καὶ ἐκ τῆς παραλίας τῆς εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀγούσης ἀπὸ Μασσαλίας, ἀνέστειλε τοὺς βαρβά-

ritus Dianae Ephesiae avitos tradiderunt, eosque sacrificare Graeco more docuerunt: ut Rhoën Agatham adversus barbaros Rhodanum accolentes: ut Taurentium, Olbiam, Antipolin, et Nicaeam Salyum genti et Liguribus Alpes incolentibus opposuerunt. Habent Massilienses etiam naualia, et armamentarium. olim etiam navium, armorum, ac machinarum ad navigationes et ad oppugnationes urbium factarum copia praediti fuerunt, quibus et contra barbaros se tuebantur, et Romanorum societatem paraverunt, multis in rebus iis usui fuerunt, vicissimque ab iis horum incrementa sunt adiuta. Sextius quidem, is qui Salyes subegit, non procul Massilia urbem sibi et aquis, quae ibi sunt calidis (hodie partim in frigidas esse mutatas aiunt) cognominem condidit, impositoque Romano praesidio, barbaros ab ora quae a Massilia in Italiam ducit, reiecit, cum eos prorsus reprimere Massilienses non potuissent. Quanquam is quoque nihil aliud

e) ὅπερ] Recepi hoc vocabulum cum Casaubono. f) τὰ τῶν Ὀνησιῶν θερμὰ] Haec desunt in Stroz. A. B. Probo coniecturam cel. Mannert, qui in eruditissimo libro, *Geographie der Griechen und Römer* T. II. pag. 122. pro τὰ τῶν Ὀνησιῶν θ. ex Antonini Itinerario pag. 457. ed. Wesseling. reponendum censet τὰ Κονουένων θερμά. g) Ἔλουοι] Casaubonus coni. Ἐλουΐοι; male. h) Λεμοβίκες] Λεμοθρίκες Venet. A. Interpr. pr. i) Νιτιόβριγες] Νιοβρίγες Venet.

rantes. Mediterranea autem et montana agrum habent meliorem. Ad Pyrenam sunt Convenae, urbsque Lugdunum, et thermae Onesiae praestantissimae, aqua ad potum optima; bona est etiam regio Ausciorum.

§. 2.

Gentes porro inter Garumnam et Ligerim Aquitanis adiacentes sunt: Elui a Rhodano initium sumentes, et Vellaunii, qui olim Arvernis adscribebantur, nunc pro se civitatem constituunt; deinde Arverni et Lemovices, et Petrocorii; tum Nitiobriges, Cadurci, et Bituriges cognomento Cubi. Ad Oceanum sunt Santones et Pictones, quorum hi Ligeri, ut

Λείγηρι. Ῥουτηνοὶ δὲ καὶ Γαβάλεις τῇ Ναρβωνίτιδι πλησιάζουσι. Παρὰ μὲν οὖν τοῖς Πετροκορίοις, σιδηρουργεῖα ἐστὶν ἀστεῖα, καὶ τοῖς Κούβοις Βιτούριξι· παρὰ δὲ τοῖς Καδουρκοῖς, [k] λινουργία· παρὰ δὲ τοῖς Ῥουτηνοῖς, ἀργύρεια. ἔχουσι δ' ἀργύρεια καὶ οἱ Γαβαλεῖς· δεδώκασι δὲ Λατίνιον οἱ Ῥωμαῖοι καὶ τῶν Ἀκουϊτανῶν τισὶ, καθάπερ Αὐσκίοις καὶ Κονουέναις. Gallia Aquitan.

§. 3.

Ἀρούερνοι δὲ ἵδρυνται μὲν ἐπὶ τῷ Λείγηρι· μητρόπολις δ' αὐτῶν ἐστὶ [l] Νεμωσσὸς, ἐπὶ τῷ ποταμῷ κειμένη. Ῥυεὶς δ' οὗτος παρὰ Γήναβον τὸ τῶν Καρνούτων ἐμπορεῖον, κατὰ μέσον που τὸν πλοῦν συνοικούμενον, ἐκβάλλει πρὸς τὸν ὠκεανόν. Τῆς δυνάμεως δὲ τῆς πρότερον Ἀρούερνοι μέγα τεκμήριον παρέχονται, τὸ, πολλάκις πολεμῆσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους· τοτὲ μὲν μυριάσιν εἴκοσι, πάλιν δὲ διπλασίαις. τοσαύταις γὰρ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν διηγωνίσαντο, μετὰ Οὐεργκιγγετόριγος· πρότερον δὲ καὶ εἴκοσι πρὸς Μάξιμον τὸν



k) Λινουργία et ἀργύρεια] Casaub. ex coniectura λινοεργεία et ἀργυρεῖα. l) Νεμωσσὸς] Casaubonus Νεμεττὸς leg. censet, ut ap. Ptolomaeum.

ut docuimus, illi Garumnae sunt vicini. Narbonensi propinquant Ruteni ac Gabales. Apud Petrocorios et Bituriges Cubos sunt praeclarae officinae ferrariae, apud Cadurcos linificium; argenti metalla Ruteni habent et Gabales. Ius quoque Latii nonnullis Aquitanorum Romani dederunt, ut Ausciis et Convenis.

§. 3.

Arverni fluvio Ligeri insident. caput eorum Nemossus ipsi adiacet flumini. Ligeris autem Genabum praeterfluens, quod est Carnutum emporium fere ad medium fluminis conditum, in Oceanum exit. Magnam olim fuisse Arvernorum potentiam inde sciri potest, quod multa adversus Romanos bella gesserunt, aliquando CC millium exercitu, atque etiam duplo eius; nam duce Vercingetorige CCCC millibus adversus D. Caesarem decertaverunt: ante CC millibus contra Maximum Aemilianum,

Gallia Aquitan. τὸν Αἰμιλιανόν· καὶ πρὸς Δομήτιον δ' ὡσαύτως Ἀηνόβαρβον. Πρὸς μὲν οὖν Καίσαρα περί τε Γεργουίαν πόλιν τῶν Ἀρουέρνων, ἐφ' ὑψηλοῦ ὄρους κειμένην, συνέστησαν οἱ ἀγῶνες, ἐξ ἧς ἦν ὁ Οὐερκιγγετόριξ· καὶ ὁ περὶ Ἀλεσίαν πόλιν Μανδουβίων, ἔθνους ὁμόρου τοῖς Ἀρουέρνοις, καὶ ταύτην ἐφ' ὑψηλοῦ λόφου κειμένην, περιεχομένην δ' ὄρεσι καὶ ποταμοῖς δυσίν· ἐν ᾗ ἑάλω ὁ ἡγεμών· καὶ ὁ πόλεμος τέλος ἔσχε· πρὸς δὲ Μάξιμον Αἰμιλιανὸν κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τ' Ἴσαρος καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, καθ' ἣν καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος πλησιάζει τῷ Ῥοδανῷ· πρὸς δὲ Δομήτιον κατωτέρω ἔτι, κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τε Σουλγᾶ, καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ. Διέτειναν δὲ τὴν ἀρχὴν οἱ Ἀρούερνοι μέχρι Ναρβῶνος, καὶ τῶν ὅρων τῆς Μασσαλιώτιδος. ἐκράτουν δὲ καὶ τῶν μέχρι Πυρήνης ἐθνῶν, καὶ μέχρι Ὠκεανοῦ καὶ Ῥήνου. [m] Βίττου δὲ τοῦ πρὸς τὸν Μάξιμον καὶ τὸν Δομήτιον πολεμήσαντος, ὁ πατὴρ Λουέριος, τοσοῦτον [n] πλούτῳ λέγεται καὶ

m) Βίττου] Βιτίτου Vat. uterque. Stroz. A. Venet. A. Interpr. pr. Athenaeus IV. p. 152. Βιτυίτος. n) πλούτῳ — τρυφῇ] Sic repoſui auct. Codd. Vat. A. B. Venet. A. Stroz. utriusque. Vulgo πλοῦτον — τρυφήν.

num, et Domitium item Aenobarbum. Contra Caeſarem belligerarunt apud Gergoviam urbem Arvernorum, ſitam in altiſſimo monte, Vercingetorigis patriam, et apud Alexiam Mandubiorum urbem, qui Arvernis finitimi ſunt, ipſam quoque in ſublimi ſitam colle, ac montibus et duobus amnibus cinctam. ibi capto duce eorum bello eſt finis impoſitus. Contra Maximum Aemilianum ad confluentes Iſarae et Rhodani, ubi etiam Cemmenus mons Rhodano appropinquat. Contra Domitium aliquando inferius, ubi Sulga Rhodano miſcetur. Dilataverunt Arverni ſuam dominationem uſque ad Narbonem et fines Maſſilienſis ditionis: gentesque ad Pyrenam uſque et Oceanum et Rhenum ſubegerunt. Luerius pater Bitti, eius qui contra Maximum et Domitium bellum geſſit, tantis

καὶ τρυφῇ διενεγκεῖν, ὥστε ποτὲ ἐπίδειξιν ποιούμενος τοῖς φίλοις τῆς εὐπορίας, ἐπ' ἀπήνης φέρεσθαι διὰ πεδίου, χρυσοῦ νόμισμα, καὶ ἀργύρου, δεῦρο κἀκεῖσε o) σπείρων, ὥστε συλλέγειν ἐκείνους ἀκολουθοῦντας. Gallia Lugdunensis.

## ΚΕΦ. Γ.

### §. 1.

Μετὰ δὲ τὴν Ἀκουϊτανὴν μερίδα, καὶ τὴν Ναρβωνῖτιν, ἡ ἐφεξῆς ἐστὶ, μέχρι τοῦ Ῥήνου παντὸς, ἀπὸ τοῦ Λείγηρος ποταμοῦ καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, καθ' ὃ συνάπτει πρὸς τὸ Λούγδουνον ἀπὸ τῆς πηγῆς κατενεχθεὶς ὁ Ῥοδανός. Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὰ μὲν ἄνω μέρη τὰ πρὸς ταῖς πηγαῖς τῶν ποταμῶν, τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, μέχρι μέσων σχεδόν τι τῶν πεδίων ὑπὸ τῷ Λουγδούνῳ τέτακται· τὰ δὲ λοιπὰ καὶ παρωκεανιτικὰ, ὑπ' ἄλλῃ τέτακται μερίδι, ἣν ἰδίως Βέλγες προσνέμουσιν· ἡμεῖς δὲ κοινότερον τὰ καθ' ἕκαστα δηλώσομεν.

§. 2.

o) σπείρων] διασπείρων Cod. Venet. A. et Casauboni libri.

tis fertur opibus luxuriasse, ut aliquando ostentandae amicis opulentiae suae causa, curru per campum veheretur, auream argenteamque monetam hinc inde dispergens, quam comites ipsius colligerent.

## CAP. III.

### §. 1.

Post Aquitaniam et Narbonensem Galliam, ea sequitur regio, quae ad Rhenum pertingit a Ligeri et Rhodano, quo is loco a fontibus delapsus ad Lugdunum accedit. Huius regionis superiora quae sunt ad fontes Rheni atque Rhodani usque ad mediam fere planitiem, Lugduno sunt subdita; reliqua ad Oceanum vergentia, sub alia sunt provincia, quam sibi Belgae vindicant. nos communius singula persequemur.

§. 2.

Gallia Lugdunenſis. pag. 192.

§. 2.

Αὐτὸ μὲν δὴ τὸ Λούγδουνον, ἐκτισμένον ὑπὸ λόφῳ κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τε Ἄραρος ποταμοῦ καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, κατέχουσι Ῥωμαῖοι. Εὐανδρεῖ δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων πλὴν Ναρβῶνος· καὶ γὰρ ἐμπορείῳ χρῶνται, καὶ τὸ νόμισμα χαράττουσιν ἐνταῦθα, τό, τε ἀργυροῦν καὶ τὸ χρυσοῦν, οἱ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνες. Τό, τε ἱερὸν τὸ ἀναδειχθὲν ὑπὸ πάντων κοινῇ τῶν Γαλατῶν Καίσαρι τῷ Σεβαστῷ, πρὸ ταύτης ἵδρυται τῆς πόλεως, ἐπὶ τῇ συμβολῇ τῶν ποταμῶν· ἔστι δὲ βωμὸς ἀξιόλογος ἐπιγραφὴν ἔχων τῶν ἐθνῶν ξ τὸν ἀριθμόν, καὶ εἰκόνες τούτων ἑκάστου μία, p καὶ ἄλλος μέγας. Προκάθηται δὲ τοῦ ἔθνους τοῦ Σαιγοσιάνων ἡ πόλις αὕτη, κειμένου μεταξὺ τοῦ Ῥοδανοῦ καὶ τοῦ Δούβιος· τὰ δ' ἑξῆς τὰ συντείνοντα πρὸς τὸν Ῥῆνον, τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ Δούβιος ὁρίζεται, τὰ δ' ὑπὸ τοῦ Ἄραρος. Οὗτοι μὲν οὖν, ὡς εἴρηται πρότερον, ὑπὸ τῶν Ἄλπεων καὶ αὐτοὶ κατενεχθέντες, ἔπειτ' εἰς ἓν ῥεῖθρον συμπεσόν-

p) καὶ ἄλλος μέγας] Tyrwhittus legendum cenſet, καὶ ἄλλος Καίσαρος μέγας, nempe εἰκών. magnam enim illam imaginem Auguſti fuiſſe, non improbabile eſt.

§. 2.

Lugdunum ergo ſub colle conditum, ubi Arar in Rhodanum incidit, Romani obtinent. Poſt Narbonem haec urbs maxime omnium Gallicarum hominum frequentia pollet. praefecti enim Romanorum eo utuntur emporio, monetamque ibi tam auream quam argenteam cudunt. Templum ab omnibus communi ſententia Gallis decretum Caeſari Auguſto, ad hanc urbem ad concurſum fluviorum eſt poſitum et aram habet memorabilem, cum inſcriptione gentium, LX numero et imagine ſingularum, item aliam magnam. Praeeſt haec urbs genti Segusianorum, ſitae inter Rhodanum et Dubin fluvios: reliqui ad Rhenum tendentes populi, partim a Dubi terminantur, partim ab Arare. Atque hi quidem, ut ante diximus, ab Alpibus ipſi quoque

πεσόντες, εἰς τὸν Ῥοδανὸν καταφέρονται. Ἄλλος δ' ἐστὶν, ὁμοίως ἐν ταῖς Ἄλπεσι τὰς πηγὰς ἔχων, Σηκουανὸς [q] ὄνομα. Ῥεῖ δ' εἰς τὸν ὠκεανὸν, παράλληλος τῷ Ῥήνῳ διὰ ἔθνους ὁμωνύμου, συνάπτοντος τῷ Ῥήνῳ τὰ πρὸς ἕω, [r] τὰ δ' εἰς τἀναντία τῷ Ἄραρι· ὅθεν αἱ κάλλισται ταριχεῖαι τῶν ὑείων κρεῶν, εἰς τὴν Ῥώμην κατακομίζονται. Μεταξὺ μὲν οὖν [s] τοῦ Δούβιος καὶ τοῦ Ἄραρος οἰκεῖ τὸ τῶν Ἐδούων ἔθνος· πόλιν ἔχον Καβυλλῖνον ἐπὶ τῷ Ἄραρι· καὶ φρούριον Βίβρακτα. Οἱ δὲ Ἐδοῦοι καὶ συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο, καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προσῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. Πέραν δὲ τοῦ Ἄραρος οἰκοῦσιν οἱ Σηκουανοὶ, διάφοροι καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ πολλοῦ γεγονότες καὶ τοῖς Ἐδούοις· ὅτι πρὸς Γερμανοὺς προσεχώρουν πολλάκις, κατὰ τὰς ἐφόδους αὐτῶν, τὰς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν· καὶ ἐπεδείκνυντό γε οὐ τὴν τυχοῦσαν δύναμιν, ἀλλὰ καὶ κοινωνοῦντες αὐτοῖς ἐποίουν μεγάλους, καὶ ἀφι-

Gallia Lugdunensis.

q) ὄνομα.] Vulgo ὄνομα ῥέων. Vocem ῥέων, quam nullus codd. agnoſcit, ut ſpuriam, et librarii errore e ſeq. ῥεῖ ortam, repudiavi. r) τὰ δ' εἰς τἀναντ.] τὰ δὲ πρὸς ἐναντ. Stroz. uterque. s) τοῦ Δούβιος] Palmer. reponendum cenſet Λείγηρος.

que delapſi, coniunctis alveis in Rhodanum exeunt. Eſt et alius fluvius, fontes in iiſdem habens Alpibus, Sequana nomine; is Rheno parallelus per Sequanos ſibi cognomines fluit in Oceanum. Sequani verſus orientem Rheno, diuerſa parte Arari ſunt affines: ex his optima ſuilla ſalſamenta Romam perferuntur. Inter Dubin et Ararim Hedui incolunt, urbem habentes Arari impoſitam Cabullinum, et oppidum Bibracta. Hedui Romanorum cognati appellati; primique Gallorum amicitiam et ſocietatem eorum amplexi ſunt. Trans Ararim Sequani habitant, antiquitus Romanorum et Heduorum inimici, et Germanorum in Italiam incurſionibus ſocios ſe praebentes plerumque; qua in re oſtenderunt ſe plurimum potentiae habere, cum eos ſua coniunctione magnos, diſ-

Gallia Lugdunensis. ἀφιστάμενοι, μικρούς. πρὸς δὲ τοὺς Ἐδούους, καὶ διὰ ταῦτα μὲν, ἀλλ' ἐπέτεινε τὴν ἔχθραν ἡ τοῦ ποταμοῦ ἔρις, τοῦ διείργοντος αὐτοὺς, ἑκατέρου ἔθνους ἴδιον ἀξιοῦντος εἶναι τὸν Ἄραρα, καὶ ἑαυτῷ προσήκειν τὰ διαγωγικὰ τέλη· νυνὶ δὲ ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις ἅπαντ' ἐστί.

§. 3.

Τὴν δ' ἐπὶ τῷ Ῥήνῳ πρῶτοι τῶν ἁπάντων οἰκοῦσι [t] Ναντουάται, παρ' οἷς εἰσὶν αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ ἐν τῷ Ἀδούλα ὄρει. τοῦτο δ' ἐστὶ μέρος τῶν Ἄλπεων, ὅθεν καὶ ὁ Ἀδούας εἰς τἀναντία μέρη ῥεῖ, τὰ πρὸς τὴν ἐντὸς Κελτικὴν, καὶ πληροῖ τὴν Λάριον λίμνην, πρὸς ᾗ ἔκτισται τὸ Κῶμον· εἶτ' ἐνθένδε εἰς τὸν Πάδον συμβάλλει, περὶ ὧν ὕστερον ἐροῦμεν. Καὶ ὁ Ῥῆνος δὲ εἰς ἕλη μεγάλα καὶ λίμνην
pag. 193. ἀναχεῖται μεγάλην, ἧς ἐφάπτονται [u] καὶ Ῥαιτοὶ καὶ Οὐινδελικοὶ τῶν Ἀλπείων τινὲς, καὶ τῶν ὑπεραλπείων. Φησὶ δὲ τὸ μῆκος αὐτοῦ, σταδίων ἑξακισχιλίων Ἀσίνιος· οὐκ

ἔστι

t) Ναντουάται — Ἀδούλα] Ita legendum esse ex ipso Strabone patet pag. 204. B. ed. Casaub. Vulgo Αἰτουάτι et Διαδούελλα. u) καὶ Ῥαιτοὶ καὶ Οὐινδελικοὶ] Constans codd. lectio est καὶ Ῥητοὶ καὶ Οὐϊνδ. Vulgo perperam legitur καὶ Κερετοὶ, καὶ Οὐϊνδολόγοι.

discessu impotentes redderent. Heduis cum haec causa eos inimicos fecit, tum de Arari contentio, qui ipsos distinguit, utraque gente eum et vectigalia sibi vindicante. Nunc omnia sunt Romanorum.

§. 3.

Ad Rhenum primi omnium habitant Nantuates, apud quos etiam eius fluvii fontes sunt in Adula monte; is mons Alpium est pars, ex quo et in alteram partem Addua fluens, in partes interiori vicinas Galliae, Larium implet lacum, ad quem Comum urbs sita est, indeque in Padum exit, de quibus suo loco dicetur. Rhenus quoque in magnas paludes, magnumque lacum diffunditur, quem attingunt Rhaeti et Vindelici partim in Alpibus, partim supra Alpes habitantes. Asinius Rheno longitu-

ἔςε δέ· ἀλλ᾽ ἐπ᾽ εὐθείας μὲν τȣ͂ ἡμίσους ὀλίγον ἂν ὑπερ- Gallia
βάλλοι· τοῖς δὲ σκολιώμασι καὶ χίλιοι προςεθέντες, Lugdu-
ἱκανῶς ἂν ἔχοιεν· καὶ γὰρ ὀξύς ἐςι· διὰ τȣ͂το δὲ καὶ nensis.
δυσγεφύρωτος, καὶ διὰ πεδίων ὕπτιος φέρεται καταβὰς ἀπὸ τῶν ὀρῶν τολοιπόν. πῶς ȣ͂ν οἷόντε μένειν ὀξὺν καὶ βίαιον, εἰ τῷ ὑπτιασμῷ προσδοίημεν καὶ σκολιότητας πολλὰς καὶ μακράς. Φησὶ δὲ καὶ δίςομον εἶναι, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας· ἐγκυκλοῦνται μὲν δή τινα χώραν ταῖς σκολιότησι καὶ οὗτος, καὶ ὁ Σηκȣάνας ȣ̓ τοσαύτην· ἀμφότεροι δὲ ῥέȣσιν ἐπὶ τὰς ἄρκτους, ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν· πρόκειται δ᾽ αὐτῶν ἡ Βρεττανικὴ, τȣ͂ μὲν Ῥήνου καὶ ἐγγύθεν, ὥστε καθορᾶσθαι τὸ Κάντιον, ὅπερ ἐςὶ τὸ ἑῷον ἄκρον τῆς νήσου· τȣ͂ δὲ Σηκουάνα μικρὸν ἀπωτέρω· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ ναυπήγιον συνεςήσατο Καῖσαρ ὁ θεὸς, πλέων εἰς τὴν Βρεττανικήν. Τȣ͂ δὲ Σηκȣάνα τὸ πλεόμενον ὑπὸ τῶν ἐκ τȣ͂ Ἄραρος δεχομένων τὰ φορτία μικρῷ πλέον ἐςὶν, ἢ τὸ τȣ͂ Λείγηρος, καὶ τὸ τȣ͂ Γαρȣνᾶ· τὸ δὲ

gitudinem adſignat ſtadiorum ɪↄↄ ᴄɪↄ: ſed non eſt ita; nam longitudo, ſi rectam lineam intelligas, ſemiſſem huius numeri non multum excedit, et propter flexus addita ᴄɪↄ ſtadia ſufficient. eſt enim celere ideoque et pontibus difficulter iungitur, et ab montibus delatus, deinceps per campos ſupinus fertur. At quomodo rapidus et celer maneret, ſi ſupinationi huic adderemus etiam obliquitates multas ac longas? Idem duo ei tribuit oſtia, reprehendens eos, qui plura. Flexibus quidem ſuis aliquid regionis Rhenus includit, ut et Sequana; ſed non tantundem. Vterque a meridie verſus ſeptentrionem fluit, et eſt eorum oſtiis obiecta Britannia, Rheno autem vicinior, ita ut Cantium, quod eſt orientale inſulae promontorium, apud oſtia eius cerni poſſit, Sequana aliquanto longius diſtat. Ibi D. Caeſar naves compegit, cum in Britanniam navigaret. Sequana ab his, qui ex Arare merces acceperunt, navigatur aliquanto longius quam Lige-

Gallia Lugdunensis.

δὲ ἀπὸ Λουγδούνου μέχρι τοῦ Σηκουάνα, ἢ χιλίων σταδίων ἐστὶν ἔλαττον, ἢ διπλάσιον τούτου, ἀπὸ τῶν εἰσβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ μέχρι Λουγδούνου. Φασὶ δὲ καὶ πολυχρύσους τοὺς Ἑλουηττίους εἶναι· μηδὲν μέντοι ἧττον ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι, τὰς τῶν Κίμβρων εὐπορίας ἰδόντας· ἀφανισθῆναι δ' αὐτῶν τὰ δύο φῦλα, τριῶν ὄντων, κατὰ [x] στρατείας· ὅμως δ' ἐκ τῶν [y] λοιπῶν τόπων τὸ τῶν ἐπιγόνων πλῆθος ἐδήλωσεν ὁ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν πόλεμος, ἐν ᾧ περὶ τετταράκοντα μυριάδες σωμάτων διεφθάρησαν· τοὺς δὲ λοιποὺς σώζεσθαι μεθῆκεν εἰς ὀκτακισχιλίους, ὅπως μὴ τοῖς Γερμανοῖς, ὁμόροις οὖσιν, ἔρημον τὴν χώραν [z] ἀφῇ.

§. 4.

Μετὰ δὲ τοὺς Ἐλουηττίους, Σηκουανοὶ καὶ Μεδιοματρικοὶ, κατοικοῦσι τὸν Ῥῆνον· ἐν οἷς ἵδρυται Γερμανικὸν ἔθνος [a] περαιωθὲν ἐκ τῆς οἰκείας, Τριβόκχοι. Ἐν δὲ τοῖς Σηκουανοῖς ἐστι τὸ ὄρος ὁ Ἰουράσιος· διορίζει δ' Ἐλουητ-

x) στρατείας] στρατίας Vat. A. B. Stroz. Venet. A. et Casaub. libri. y) λοιπῶν τόπων] Casaub. reponendum suadet λ. τούτων. z) ἀφῇ] Ita omnes Codd. Vulgo ἀναφῇ. a) περαιωθὲν ἐκ τῆς οἰκείας] Absunt e Codd. Bemb. Stroz. A. B.

Ligeris et Garumna; a Lugduno autem usque ad Sequanam spatium M stadiorum minus est, aut duplum eius, quod ab ostiis Rhodani Lugdunum usque est. Helvetios aiunt, quanquam essent auri divites, tamen latrociniis se dedisse, cum viderent Cimbrorum opes; cumque essent in tres gentes divisi, duas earum expeditionibus bellicis periisse. Quanta tamen ex reliquiis enata fuerit multitudo, bellum Helvetiorum contra D. Caesarem gestum docuit, in qua hominum CCCC millia deleta sunt; reliquos ad VIII millia Caesar superesse passus est, ne finitimis Germanis vacuam regionem relinqueret.

§. 4.

Post Helvetiam ad Rhenum sunt Sequani et Mediomatrices, in quibus Triboci gens Germanica, eo ex patria sua translati. In Sequanis mons est Iurassus, qui eos

δ' Ἐλυηττίυς, καὶ Σηκυάνυς. Ὑπὲρ ὖν τῶν Ἐλουητ- Gallia
τίων καὶ Σηκυάνων Ἔδυοι, καὶ Λίγγονες οἰκῦσι πρὸς Lugdu-
δύσιν· ὑπὲρ δὲ τῶν Μεδιοματρικῶν, Λεῦκοι καὶ τῶν nensis.
Λιγγόνων τὶ μέρος. Τὰ δὲ μεταξὺ ἔθνη τῦ τε Λεί-
γηρος καὶ τῦ Σηκυάνα ποταμῦ, τὰ πέραν τῦ Ῥοδανῦ
τε καὶ τῦ Ἄραρος, παράκειται πρὸς ἄρκτον, τοῖς τε
Ἀλλόβριξι, καὶ τοῖς περὶ τὸ Λύγδυνον. τύτων δ'
ἐπιφανέςατόν ἐςι, τὸ τῶν Ἀρυέρνων καὶ τὸ τῶν Καρ-
νύτων· δι' ὧν ἀμφοῖν ἐνεχθεὶς ὁ Λείγηρ, εἰς τὸν ὠκεα-
νὸν ἔξεισι. Δίαρμα δ' ἐςὶν εἰς τὴν Βρεττανικὴν ἀπὸ
τῶν ποταμῶν τῆς Κελτικῆς, εἴκοσι καὶ τ ςάδιοι· ὑπὸ
γὰρ τὴν ἄμπωτιν ἀφ' ἑσπέρας ἀναχθέντες, τῇ ὑςε- pag. 194.
ραίᾳ περὶ ὀγδόην ὥραν καταίρυσιν εἰς τὴν νῆσον. Με-
τὰ δὲ τὺς Μεδιοματρικὺς καὶ Τριβόκχυς, παροικῦσι
τὸν Ῥῆνον [b] Τρηούϊροι· καθ' ὓς πεποίηται τὸ ζεῦγμα
ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων νυνὶ, τῶν ςρατηγύντων τὸν Γερμα-
νικὸν πόλεμον. Πέραν δὲ ᾤκυν Οὔβιοι κατὰ τῦτον
τὸν

b) Τρηούϊροι] Sic Strabo paullo infra. Vestigia huius lectionis, quam auctoritate Casaub. in textum recepi, exstant in Vat. A. B. Stroz. A. B. Bemb. qui Τρηούιγροι exhibent. Vers. pr. *Triusgri* exhibet. Vulgo Τρισυάγροι. Alii Τυγγροι malunt, quod non probo.

eos ab Helvetiis distinguit. Super Helvetios et Sequanos versus occasum habitant Hedui et Lingones; super Mediomatrices Leuci, et pars Lingonum. Populi qui trans Rhodanum et Ararim inter Ligerim et Sequanam sunt, ad septentrionem adiacent Allobrogibus et Lugdunensi agro; horum clarissimi sunt Arverni et Carnutes, per quos utrosque Ligeris in Oceanum delabitur. A fluminibus Galliae in Britanniam traiectus est stadiorum CCCXX. nam sub defluxum maris vesperi avehentes, postridie circa octavam horam in insulam perveniunt. Infra Mediomatrices et Tribocos ad Rhenum incolunt Treviri, apud quos nostro tempore pons est factus a Romanis, qui bellum Germanicum gerunt. Trans fluvium ad ista loca habi-

Gallia Lugdunensis.

τὸν τόπον· ὃς μετήγαγεν Ἀγρίππας ἑκόντας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου. Τρηουΐροις δὲ συνεχεῖς Νερούιοι, καὶ τοῦτο Γερμανικὸν ἔθνος· τελευταῖοι δὲ Μενάπιοι τῶν ἐκβολῶν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ, κατοικοῦντες ἕλη καὶ δρυμοὺς, οὐχ ὑψηλῆς, ἀλλὰ πυκνῆς ὕλης, καὶ ἀκανθώδους. Κατὰ τούτους δ' ἵδρυνται Σουγάμβροι Γερμανοί. Πάσης δ' ὑπέρκεινται τῆς ποταμίας ταύτης οἱ Σόηβοι προσαγορευόμενοι Γερμανοὶ, καὶ δυνάμει καὶ πλήθει διαφέροντες τῶν ἄλλων· ὑφ' ὧν οἱ ἐξελαυνόμενοι, κατέφευγον εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου νυνί· καὶ ἄλλοι δὲ κατ' ἄλλους τόπους δυναστεύουσι, καὶ διαδέχονται τὰ ζώπυρα τοῦ πολέμου τῶν πρότερον ἀεὶ καταλυομένων.

§. 5.

Τῶν δὲ Τρηουΐρων καὶ Νερουίων [c] Σένωνες καὶ Ῥῆμοι πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦσιν· ἔτι δ' Ἀτρέβατοι καὶ [d] Ἐβούρωνες. Τοῖς Μεναπίοις δ' εἰσὶ συνεχεῖς ἐπὶ τῇ

c) Σένωνες] Σένονες Vat. A. B. Σέσονες Venet. Casaub. libri Σείνονες. Casaub. e Stephano refingendum censet Σέννονες. d) Ἐβούρωνες] Ἰεβούρωνες Vat. A. B. Venet. A. Interpr. prior. Sic iidem et paullo infra legunt.

habitabant Vbii, quos non invitos Agrippa intra Rhenum traduxit. Treviris contigui sunt Nervii Germanica gens; ultimi sunt Menapii, qui ex utroque ostiorum latere paludes incolunt et sylvas humilis, densaeque materiae ac spinosae. Iuxta illos Sicambri Germanica gens. Supra totam hanc ripam degunt Suevi Germanica natio, reliquis numero et potentia superiores; a quibus alii pulsi in regionem interiorem Rheno nunc confugerunt. sed et aliis in locis alii dominantur, bellique seminaria excipiunt, prioribus subinde debellatis.

§. 5.

A Treviris et Nerviis versus occasum Senones sunt et Remi, itemque Atrebates et Eburones. Menapiis contermini sunt ad mare Morini,

τῇ θαλάττῃ Μόρινοι, καὶ Βελλοάκοι, καὶ Ἀμβιανοὶ, καὶ [e] Συεσιῶνες, καὶ Καλέτοι, μέχρι τῆς ἐκβολῆς τῦ Σηκυάνα ποταμῦ. Ἐμφερὴς δ' ἐςὶ τῇ τῶν Μεναπίων ἥ τε τῶν Μορινῶν, καὶ ἡ τῶν Ἀτρεβατίων, καὶ Ἐβουρώνων· ὕλη γάρ ἐςιν ὐχ ὑψηλῶν δένδρων, πολλὴ μὲν, ὐ τοσαύτη δὲ, ὅσην οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασι, [f] τετρακισχιλίων ςαδίων· καλῦσι δ' αὐτὴν Ἀρδυένναν· κατὰ δὲ τὰς πολεμικὰς ἐφόδους [g] συμπλέκοντες τὰς τῶν θάμνων λύγους, βατώδεις ὄντας, ἀνέφραττον [h] τὰς εἰσόδους. ἔςι δ' ὅπου καὶ σκόλοπας κατέπηττον· αὐτοὶ δὲ κατέδυνον εἰς τὰ βάθη πανοίκιοι, νησίδια ἔχοντες ἐν τοῖς ἕλεσι· ἐν μὲν ὖν ταῖς ἐπομβρίαις ἀσφαλεῖς τὰς [i] καταφυγὰς εἶχον, ἐν δὲ τοῖς αὐχμοῖς ἡλίσκοντο ῥᾳδίως. νυνὶ δ' ἅπαντες οἱ ἐντὸς Ῥήνυ καθ' ἡσυχίαν ὄντες ὑπακύυσι Ῥωμαίων. Περὶ δὲ τὸν Σηκυάναν ποταμὸν, εἰσὶ καὶ οἱ Παρίσιοι, νῆσον ἔχοντες

Gallia Lugdunensis.

 ἐν

e) Συεσιῶνες] Συεσσιῶνες Venet. A. Casaub. coniicit Συεσςῶνες. f) τετρακισχιλίων ςαδ.] Casaubonus τετρ. ςαδ. δὲ nil mutandum arbitror. g) συμπλέκοντες] συντέμνοντες Vat. A. B. Venet. A. Casaub. libri. h) τὰς εἰσόδους] τὰς παρόδους Vat. A. B. Venet. A. Casaub. i) τὰς καταφυγὰς] Sic rescripsi auctoritate omnium MSStorum; edit. τὰς φυγάς.

ni, Bellovaci, Ambiani, Suessiones, et Caleti, usque ad Sequanae ostia. Menapiorum regioni similis est Morinorum, Atrebatum, et Eburonum; est enim sylva arborum non excelsarum, magna quidem, sed non tanta, quantam scriptores faciunt, IV millia stadiorum ei tribuentes. Arduennam eam vocant. Sub bellorum incursiones vimina arbustorum dumosorum contexentes, aditus intercludunt, defixis etiam alicubi palis; ipsi cum totis familiis in profunda sylvae se abdunt, insulas habentes in paludibus exiguas: ac abundantibus imbribus tutissima habuerunt receptacula. siccitate oborta non difficulter sunt capti. nunc omnes qui intra Rhenum degunt, quieti Romanis parent. Ad Sequanam fluvium sunt etiam Parisii insulam

Gallia Belg. ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ πόλιν Λουκοτοκίαν· καὶ Μέλδοι, καὶ Ληξοβίοι, παρωκεανῖται οὗτοι. Ἀξιολογώτατον δ' ἐστὶν ἔθνος τῶν ταύτῃ, Ῥῆμοι, καὶ ἡ μητρόπολις αὐτῶν Δουρικόρτορα, μάλιστα συνοικεῖται, καὶ δέχεται τοὺς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνας.

## ΚΕΦ. Δ.

### §. 1.

Μετὰ δὲ τὰ λεχθέντα ἔθνη, τὰ λοιπὰ Βελγῶν ἐστὶν ἔθνη, τῶν παρωκεανιτῶν, ὧν Οὐένετοι μέν εἰσιν οἱ ναυμαχήσαντες πρὸς Καίσαρα· ἕτοιμοι γὰρ ἦσαν κωλύειν τὸν εἰς τὴν Βρεττανικὴν πλοῦν, χρώμενοι τῷ ἐμπορίῳ. κατεναυμάχησε δὲ ῥαδίως, οὐκ ἐμβόλοις pag. 195. χρώμενος, (ἦν γὰρ παχέα τὰ ξύλα) ἀλλ' ἀνέμῳ φερομένων ἐπ' αὐτὸν, κατέσπων οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ἱστία δορυδρεπάνοις (ἦν γὰρ σκύτινα,) διὰ τὴν βίαν τῶν ἀνέμων. ἁλύσεις δ' ἔτεινον ἀντὶ κάλων· πλατύπυγα δὲ ποιοῦσι,

ſulam habitantes in flumine, et urbem Luteciam. tum Meldae, et Lexobii ad Oceanum. Inter iſtas gentes Rhemi, nobiliſſimi ſunt, et eorum urbs primaria Duricortora maxime incolitur, et Romanorum praefectis hoſpitium praebet.

## CAP. IV.

### §. 1.

Poſt dictas gentes Belgae ſunt ad Oceanum pertinentes. De his Veneti navali pugna cum Caeſare congreſſi ſunt, parati eius Britannicam navigationem impedire, quod eo ipſi uterentur emporio. Facile autem Caeſar eos vicit, non roſtris uſus, quippe craſſis lignis eorum naves conſtabant: ſed cum vento incitatae impetum darent, Romani vela earum falcibus, quas longuriis praefixerant, diſſecabant: nam velis utebantur pelliceis Veneti ad vim ventorum, et catenas intendebant loco rudentum; naves faciebant latis

ποιῦσι, καὶ ὑψόπρωρα διὰ τὰς ἀμπώτεις, δρυΐνης Gallia
ὕλης, ἧς ἐςὶν εὐπορία· διόπερ ὀ συνάγουσι τὰς ἁρμονίας Belg.
τῶν σανίδων, ἀλλ' ἀραιώματα καταλείπουσι· ταῦτα δὲ βρύοις διανάττουσι, τῦ μὴ κατὰ τὰς νεωλκίας καπυρῦσθαι τὴν ὕλην [k] μὴ νοτιζομένην· τῦ μὲν βρύου νοτιωτέρου ὄντος [l] τῇ Φύσει, τῆς δὲ δρυὸς ξηρᾶς καὶ ἀλιποῦς. Τούτους οἶμαι τοὺς Οὐενετοὺς, οἰκιςὰς εἶναι τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν· καὶ γὰρ οἱ ἄλλοι [m] πάντες σχεδόν τι οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Κελτοὶ μετανέςησαν ἐκ τῆς ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων γῆς, καθάπερ καὶ οἱ Βοΐοι καὶ οἱ Σένονες· διὰ δὲ τὴν ὁμωνυμίαν Παφλαγόνας Φασὶν αὐτούς· λέγω δ' ὀκ ἰσχυριζόμενος· ἀρκεῖ γὰρ περὶ τῶν τοιύτων τὸ εἰκός. [n] Ἐνθένδε οἱ Ὀσίσμιοι δ' εἰσὶν, οὓς Τιμίους ὀνομάζει Πυθέας, ἐπί τινος προπεπτωκυίας ἱκανῶς ἄκρας, εἰς τὸν ὠκεανὸν,



k) μὴ νοτιζομένην] ſenſu poſtulante hanc Caſauboni coniecturam recepi. Vulgo ἡ νοτ. l) τῇ φύσει] τὴν φύσιν Venet. A. Caſaub. cod. m) πάντες deeſt in Vat. A. n) ἐνθένδε οἱ Ὀσίσμιοι] ἐνθένδε abeſt e Vat. A. B. et pro Ὀσίσμιοι legunt Σίσμιοι, ut Interpr. pr. et ed. Ald. et Baſil. cod. Stroz. Σεῖσμοι exhibet.

tis carinis, altis proris et puppibus ob aeſtum maris, ex materia, qua abundant, querna: tabularum iuncturas non committebant, ſed intercapedines relinquebant, quas alga implerent, ne materia, cum ſubducuntur naves, propter ſiccitatem exareſceret: cum alga ſua natura ſit humidior, quercus ſicca et pinguedinis inops. Hos ego Venetos exiſtimo Venetiarum in Adriatico ſinu eſſe autores: (quando reliqui etiam fere omnes Galli qui in Italia ſunt, ex transalpinis eo immigraverunt regionibus, ut Boii et Senones) cum Paphlagonibus ob nominis ſimilitudinem ſe ipſos adſcribant. neque ego id pro certo tamen affirmo, cum in huiuſmodi rebus probabili coniectura par ſit eſſe contentum. Poſt Venetos ſunt Oſiſmii, quos Timios Pytheas dicit, verſus Oceanum habitantes in promontorio quodam ſatis longe porrecto,

Gallia. οἰκοῦντες· οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον δὲ, ἐφ' ὅσον ἐκεῖνος o ἔχειν φησὶ, καὶ οἱ πιστεύσαντες ἐκείνῳ. Τῶν δὲ μεταξὺ ἐθνῶν τοῦ τε Σηκουάνα καὶ τοῦ Λείγηρος, οἱ μὲν τοῖς Σηκουανοῖς, οἱ δὲ τοῖς Ἀρουέρνοις ὁμοροῦσι.

§. 2.

Τὸ δὲ σύμπαν φῦλον, ὃ νῦν Γαλλικόν τε καὶ Γαλατικὸν καλοῦσιν, ἀρειμάνιόν τε καὶ θυμικόν ἐστι, καὶ ταχὺ πρὸς μάχην· ἄλλως δὲ ἁπλοῦν καὶ οὐ κακόηθες. διὰ δὲ τοῦτο ἐρεθισθέντες μὲν, ἀθρόοι συνίασι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, καὶ φανερῶς, καὶ οὐ μετὰ περισκέψεως· ὥστε καὶ εὐμεταχείριστοι γίνονται τοῖς p καταστρατηγεῖν ἐθέλουσι· καὶ γὰρ ὅτε βούλεται, καὶ ὅπου, καὶ ἀφ' ἧς ἔτυχε προφάσεως, παροξύνας τις αὐτοὺς, ἑτοίμους ἔσχε πρὸς τὸν κίνδυνον, πλὴν βίας καὶ τόλμης, οὐδὲν ἔχοντας τὸ συναγωνιζόμενον. Παραπεισθέντες δὲ εὐμαρῶς ἐνδιδόασι πρὸς τὸ χρήσιμον· ὥστε καὶ παιδείας ἅπτεσθαι, καὶ λόγων. Τῆς δὲ βίας,

o) ἔχειν] deest in Vat. A. B. Venet. A. Casaub. coni. ἀνέχειν vel ἐξέχειν. p) καταστρατηγεῖν] στρατηγεῖν Max. Planud. in excerptis Strab.

non tamen ita longe, ut ille et qui eum secuti sunt auctorem tradiderunt. Gentium, quae inter Sequanam et Ligerin degunt, aliae Sequanorum, aliae Arvernorum sunt finitimae.

§. 2.

Vniversa autem haec natio, quae Gallica seu Galatica nunc usurpatur, bellicosa est et ferox, et ad pugnam promta, caeterum ingenio simplici ac nulla malignitate devincto. Itaque irritati, ad pugnam confertim et palam coëunt, idque incircumspecte: quo fit, ut facile circumveniantur, si quis calliditate bellica adversus eos uti velit. facile enim quando et ubi volet, et quacumque causa obiecta eos lacessitos ad proelium conferendum elicuerit, nulla praeter vim et audaciam re instructos. Iidem facile persuaderi sibi sinunt, ut utiliora amplectantur;

βίας, τὸ μὲν ἐκ τῶν σωμάτων ἐςὶ μεγάλων ὄντων, τὸ δ' ἐκ τȣ̃ πλήθους· συνίασι δὲ καὶ κατὰ πλῆθος ῥᾳδίως διὰ τὸ ἁπλοῦν, καὶ αὐθέκαςον, q συναγανακτοῦντες τοῖς ἀδικεῖσθαι δοκοῦσιν ἀεὶ τῶν πλησίον. Νυνὶ μὲν οὖν ἐν εἰρήνῃ πάντες εἰσὶ δεδȣλωμένοι, καὶ ζῶντες κατὰ τὰ προςάγματα τῶν ἑλόντων αὐτοὺς Ῥωμαίων. Ἀλλ' ἐκ τῶν παλαιῶν χρόνων τȣ̃το λαμβάνομεν περὶ αὐτῶν, ἐκ τῶν μέχρι νῦν r συμμενόντων παρὰ τοῖς Γερμανοῖς νομίμων. καὶ γὰρ τῇ φύσει καὶ τοῖς πολιτεύμασιν, ἐμφερεῖς εἰσιν, ἔτοι καὶ συγγενεῖς ἀλλήλοις, ὅμορόν τε οἰκοῦσι χώραν διοριζομένην τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ, καὶ παραπλήσια ἔχουσαν τὰ πλεῖςα. Ἀρκτικωτέρα δ' ἐςὶν ἡ Γερμανία, κρινομένων τῶν τε νοτίων μερῶν πρὸς τὰ νότια, καὶ τῶν ἀρκτικῶν πρὸς τὰ ἀρκτικά. Διὰ τȣ̃το δὲ τὰς μεταναςάσεις αὐτῶν ῥᾳδίως ὑπάρχειν συμβαίνει, φερομένων ἀγεληδὸν καὶ πανςρατιᾷ· μᾶλλον δ' ἐκ πανοικίων ἐξαιρόντων, ὅταν

Gallia.

pag. 196.

D 4 ὑπ'

q) συναγανακτȣ̃ντες] συναγανακτȣ́ντων, omnes codd.
r) συμμενόντων] ita omnes Mſſti. Vulgo συμβαινόντων.

tur; itaque diſciplinae etiam et litteris ſe dederunt. Violentiam partim a corporum mole habent, partim a multitudine, ac facile coëunt magno numero ob ſimplicitatem et libertatem, ſemper indignationem ſuſcipientes pro vicinis iniuria ſe affectos putantibus. Noſtra quidem aetate omnes pacati ſerviunt, ac Romanorum, a quibus ſubacti ſunt, iuſſis parent. Sed quales diximus ſuperioribus temporibus tales eos fuiſſe intelligimus ex Germanorum adhuc durantibus conſuetudinibus. Nam et natura et vitae inſtitutis gentes hae invicem ſimiles ſunt et cognatae, confinem habitantes regionem, Rheno diviſam, et pleraque inter ſe ſimilia habentem. Magis tamen verſus ſeptentrionem vergit Germania, partibus auſtrinis cum auſtrinis, et borealibus cum borealibus comparatis. Iiſdem de cauſis migrationes etiam facilius iis acciderunt, cum gregatim ac ex omni collecto multitudine exercitu ferrentur, imo potius cum omni familia migrarent,

Gallia. ὑπ᾽ ἄλλων [s] ἐκβάλλονται κρειττόνων. Οἵ τε Ῥωμαῖοι, πολὺ ῥᾷον τούτους ἐχειρώσαντο, ἢ τοὺς Ἴβηρας· καὶ γὰρ ἤρξαντο πρότερον, καὶ ἐπαύσαντο ὕστερον ἐκείνοις πολεμοῦντες· τούτους δ᾽ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ πάντας κατέλυσαν, τοὺς ἀνὰ μέσον Ῥήνου καὶ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν σύμπαντας. Ἀθρόοι γὰρ καὶ κατὰ πλῆθος ἐμπίπτοντες, ἀθρόοι κατελύοντο· οἱ δ᾽ ἐταμίευον, καὶ κατεκερμάτιζον τοὺς ἀγῶνας ἄλλοτε ἄλλοι, καὶ κατ᾽ ἄλλα μέρη λῃστρικῶς πολεμοῦντες. Εἰσὶ μὲν οὖν μαχηταὶ πάντες τῇ φύσει, κρείττους δ᾽ ἱππόται ἢ πεζοί· καὶ ἔστι Ῥωμαίοις τῆς ἱππείας ἀρίστη [t] παρὰ τούτων. ἀεὶ δὲ οἱ προσβορώτεροι καὶ παρωκεανῖται, μαχιμώτεροι.

§. 3.

Τούτων δὲ τοὺς Βέλγας ἀρίστους φασὶν, εἰς πεντεκαίδεκα ἔθνη διῃρημένους, τὰ μεταξὺ τοῦ Ῥήνου καὶ τοῦ Λείγηρος παροικοῦντας τὸν ὠκεανόν· ὥστε μόνους ἀντέχειν

s) ἐκβάλλονται] Sic Vat. A. Venet. A. Stroz. uterque. Vulgo ὑπεκβάλλονται. t) παρὰ τούτων] Casaub. legit ἢ παρὰ τ.

rent, quoties ab aliis validioribus pellebantur. Ac Romani multo hos facilius quam Hispanos subegerunt. Nam his et prius intulerunt bellum, et tardius debellarunt, domitis interea temporis omnibus, qui inter Rhenum et Pyrenam erant, Gallis. Hi enim confertim numerosis agminibus irruentes, confertim victi fuerunt. Hispani bellum traxerunt, et in partes exiguas certamina discerpserunt, alias alii atque alibi latrocinii in morem belligerantes. Galli omnes natura sunt pugnaces, equitatu tamen quam peditatu meliores, et optimam equitatus sui partem Romani ab his habent. Quo magis ad septentrionem et Oceanum vergunt, eo sunt bellicosiores.

§. 3.

Primam laudem Belgis tribuunt, divisis in xv gentes, quae habitant inter Rhenum et Ligerin ad Oceanum, soli que

τέχειν πρὸς τὴν τῶν Γερμανῶν ἔφοδον, Κίμβρων καὶ Τευτόνων. Αὐτῶν δὲ τῶν Βέλγων, Βελλοάκυς ἀρίςυς φασί· μετὰ δὲ τύτυς Συεσσίονας. Τῆς δὲ πολυανθρωπίας σημεῖον. εἰς γὰρ λ μυριάδας ἐξετάζεσθαι φασὶ τῶν Βέλγων πρότερον τῶν δυναμένων φέρειν ὅπλα. εἴρηται δὲ καὶ τὸ τῶν Ἐλυηττίων πλῆθός, καὶ τὸ τῶν Ἀρυέρνων καὶ τῶν συμμάχων, ἐξ ὧν ἡ πολυανθρωπία φαίνεται, καὶ ὅπερ εἶπον ἡ τῶν γυναικῶν ἀρετὴ πρὸς τὸ τίκτειν καὶ ἐκτρέφειν τοὺς παῖδας. Σαγηφορῦσι δὲ καὶ κομοτροφῦσι, καὶ ἀναξυρίσι χρῶνται περιτεταμέναις· ἀντὶ δὲ χιτώνων, σχιςὺς χειριδωτὺς φέρυσι μέχρι αἰδοίων καὶ γλυτῶν. ἡ δ' ἐρέα, τραχεῖα μὲν, ἀκρόμαλλος δέ· ἀφ' ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνυσιν, οὓς λαίνας καλοῦσιν· (οἱ μέν τοι Ῥωμαῖοι καὶ ἐν τοῖς προσβορωτάταις ὑποδιφθέρας τρέφυσι ποίμνας, ἱκανῶς ἀςείας ἐρέας.) Ὁπλισμὸς δὲ σύμμετρος τοῖς τῶν σωμάτων μεγέθεσι· μάχαιρα μακρὰ, παρηρτημένη παρὰ τὸν δεξιὸν πλευρὸν, καὶ θυ-

Gallia.



ſique adeo Belgae Germanorum Cimbrorum ac Teutonum irruptionem ſuſtinuerunt. Inter Belgas praeſtare aiunt Bellovacos, ac ſecundum hos Sueſſiones. Quanta hominum copia apud eos fuerit, hinc colligi poteſt, quod olim xxx millia hominum arma ferre valentium apud Belgas ſunt cenſa. Helvetiorum et Arvernorum ac ſociorum multitudinem ante commemoravi, unde apparet, quam populoſi fuerint, quamque (ut dixi) mulieres eorum pariendo educandoque foetu felices. Belgae ſaga ferunt, comam alunt, braccis utuntur circumextentis: loco tunicarum utuntur veſte fiſſili manicata, uſque ad pudenda et nates demiſſa. Lana eorum aſpera eſt, ſed ipſam proxime pellem detonſa. ex ea denſa ſaga texunt, quas laenas vocant. (Sane et Romani in maxime ſeptentrionalibus locis degentes, greges pellitos habent, unde abundantiam eximiae lanae conſequuntur.) Armatura illis pro corporum proportione, gladius longus ad

Gallia. θυρεὸς μακρὸς, καὶ λόγχαι κατὰ λόγον, καὶ [u] μάταρις πάλτου τὶ εἶδος. χρῶνται δὲ καὶ τόξοις ἔνιοι, καὶ pag. 197. σφενδόναις. ἔστι δέ τι καὶ γρόσφῳ ἐοικὸς ξύλον, ἐκ χειρὸς οὐκ ἐξ [x] ἀγκύλης ἐφιέμενον, τηλεβολώτερον καὶ βέλους, ᾧ μάλιστα καὶ πρὸς τὰς τῶν ὀρνέων χρῶνται θήρας. Χαμευνοῦσι δὲ καὶ μέχρι νῦν οἱ πολλοί· καὶ καθεζόμενοι δειπνοῦσιν ἐν στιβάσι. Τροφὴ δὲ πλείστη μετὰ γάλακτος καὶ κρεῶν παντοίων· μάλιστα δὲ τῶν ὑΐων καὶ νέων, καὶ ἁλιστῶν. Αἱ δ' ὕες καὶ ἀγραυλοῦσιν, ὕψει τε καὶ ἀλκῇ καὶ τάχει διαφέρουσαι· κίνδυνος γοῦν ἐστι τῷ ἀήθει προσιόντι, ὡσαύτως καὶ λύκῳ. Τοὺς δ' οἴκους ἐκ σανίδων καὶ γέρρων ἔχουσι μεγάλους, θολοειδεῖς, ὄροφον πολὺν ἐπιβάλλοντες. Οὕτως δ' ἐστὶ δαψιλῆ καὶ τὰ ποίμνια καὶ τὰ ὑοφόρβια, ὥστε τῶν σάγων καὶ τῆς ταριχείας ἀφθονίαν μὴ τῇ Ῥώμῃ

u) μάταρις] Ita pro vulg. μάρις ſcribendum eſſe iam Ioſ. Scaliger in not. ad Virgil. Catalect. pag. 282. et Adr. Turnebus in adv. IX, 7. obſervarunt. Codd. Vat. A. B. Stroz. Venet. A. μαίρις habent, Bemb. μάρις. Epitomator μάαρις; lectiones ex male intellecto compendio vocis μάταρις enatae. x) ἀγκύλης] ἀγκάλης Stroz.

ad dextrum dependens latus, ſcutum longum, lanceae pro proportione, et materis tragulae genus. nonnulli etiam arcubus utuntur et fundis; habent et lignum pili forma, quod non amento, ſed e manu torquetur, longius etiam atque ſagitta, quo maxime utuntur ad aucupium. Humi decumbunt etiamnum plerique, ſedentes in toris cibum capiunt. Cibus plerumque cum lacte eſt et omnis generis carnibus, maxime ſuillis cum recentibus tum ſalitis. Sues etiam in agris pernoctant, altitudine, robore, et celeritate praeſtantes, a quibus, ſi quis non adſuevit, accedenti non minus quam a lupo eſt periculi. Domos e tabulis et cratibus conſtruunt magnas et rotundas, magno impoſito faſtigio. Tam copioſi autem ſunt iis pecudum et ſuum greges, ut ſagorum et ſalſamentorum copiam

Ῥώμῃ χορηγεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι τῆς Ἰταλίας. Ἀριστοκρατικαὶ δ' ἦσαν αἱ πλείους τῶν πολιτειῶν· ἕνα δ' ἡγεμόνα ᾑροῦντο κατ' ἐνιαυτὸν τὸ παλαιόν· ὡς δ' αὔτως εἰς πόλεμον εἷς ὑπὸ τῦ πλήθους ἀπεδείκνυτο στρατηγός· νυνὶ δὲ προσέχουσι τοῖς τῶν Ῥωμαίων προστάγμασι τὸ πλέον. Ἴδιον δὲ, τὸ ἐν τοῖς συνεδρίοις συμβαῖνον. ἐὰν γάρ τις θορυβῇ τὸν λέγοντα, καὶ ὑποκρούσῃ, προσιὼν ὁ ὑπηρέτης, ἐσπασμένος τὸ ξίφος, κελεύει σιγᾷν μετ' ἀπειλῆς· μὴ παυομένου δὲ, καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ποιεῖ τὰ αὐτά· τελευταῖον δὲ ἀφαιρεῖ τῦ σάγου τοσοῦτον, ὅσον ἄχρηστον ποιῆσαι τὸ λοιπόν. Τὸ δὲ περὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας, τὸ διηλλάχθαι τὰ ἔργα ὑπεναντίως τοῖς παρ' ἡμῖν, κοινὸν καὶ πρὸς ἄλλους συχνοὺς τῶν Βαρβάρων ἐστί. Gallia.

§. 4.

Παρ' ἅπασι δ' ὡς ἐπίπαν τρία φῦλα τῶν τιμωμένων διαφερόντως ἐστὶ, Βάρδοι τὲ, καὶ Οὐάτεις, καὶ Δρυΐδαι· Βάρδοι μὲν, ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί· Οὐάτεις δὲ, ἱεροποιοὶ καὶ

copiam non Romae tantum suppeditent, sed et plerisque Italiae partibus. Pleraeque eorum respublicae ab obtimatibus gubernabantur. antiquitus unum quotannis principem, itemque unum belli ducem multitudo deligebat, nunc Romanorum mandatis fere parent. Peculiare quippiam habent in conciliis. Si quis enim dicenti obstrepat aut tumultuetur, lictor accedit stricto cultro, minis adhibitis tacere eum iubet, idque iterum ac tertio facit, eo non cessante: tandem a sago eius tantum amputat, ut reliquum sit inutile. Id eis cum compluribus aliis barbaris commune est, quod contraria nostris moribus ratione virorum et mulierum officia habent distributa.

§. 4.

Apud universos autem fere tria hominum sunt genera, quae in singulari habentur honore: Bardi, Vates, et Druidae: horum Bardi hymnos canunt, poetaeque sunt,

Gallia. καὶ φυσιολόγοι· Δρυΐδαι δὲ πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ, καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι. δικαιότατοι δὲ νομίζονται, καὶ διὰ τοῦτο πιστεύονται τάς τε ἰδιωτικὰς κρίσεις καὶ τὰς κοινάς· ὥστε καὶ πολέμους διῄτων πρότερον καὶ παρατάττεσθαι μέλλοντας ἔπαυον· τὰς δὲ φονικὰς δίκας μάλιστα τούτοις ἐπετέτραπτο δικάζειν. ὅταν τε φορὰ τούτων ᾖ, φορὰν καὶ τῆς χώρας νομίζουσιν ὑπάρχειν. Ἀφθάρτους δὲ λέγουσι καὶ οὗτοι καὶ ἄλλοι, τὰς ψυχὰς καὶ τὸν κόσμον· ἐπικρατήσειν δέ ποτε καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ.

§. 5.

Τῷ δ' ἁπλῷ καὶ θυμικῷ, πολὺ τὸ ἀνόητον καὶ ἀλαζονικὸν πρόσεστι, καὶ τὸ φιλόκοσμον· χρυσοφοροῦσί τε γὰρ περὶ μὲν τοῖς τραχήλοις στρεπτὰ ἔχοντες· περὶ δὲ τοῖς βραχίοσι καὶ τοῖς καρποῖς ψέλια, καὶ τὰς ἐσθῆτας βαπτὰς φοροῦσι καὶ χρυσοπάστους, οἱ ἐν ἀξιώματι. ὑπὸ τοιαύτης δὲ κουφότητος, ἀφόρητοι μὲν νικῶν-

sunt, Vates sacrificant et naturam rerum contemplantur, Druidae praeter hanc philosophiam etiam de moribus disputant. De horum iustitia, summa omnium est opinio. itaque et publica iis, et privata iudicia committuntur, et aliquando causis bellorum disceptandis iam acie congressuros composuerunt. maxime iudicia de caede iis commissa sunt. cumque horum multus est proventus, agrorum quoque fertilitatem consequi putant. Cum hi, tum alii animam interitus expertem statuunt, et mundum; tamen aliquando ignem et aquam superatura.

§. 5.

Simplicitati eorum et ferociae multum adest stoliditatis ac arrogantiae, et ornatus studii; gestant enim aureos circum colla torques, et circa brachia ac manus cum brachio commissuram, brachialia; et qui honores gerunt, ii vestes tinctas atque auro variegatas usurpant. Ob hanc levitatem et intolerabiles

κῶντες, [y] ἐκπλαγεῖς δ' ἡττηθέντες ὁρῶνται. Πρόσ- Galliæ.
εστι δὲ [z] τῇ ἀνοίᾳ καὶ τὸ βάρβαρον, καὶ τὸ ἔκφυλον,
ὃ τοῖς προσβόρροις ἔθνεσιν παρακολουθεῖ πλεῖστον, τὸ
ἀπὸ τῆς μάχης ἀπιόντας, τὰς κεφαλὰς τῶν πολε-
μίων ἐξάπτειν ἐκ τῶν αὐχένων τῶν ἵππων, κομίσαντας
δὲ προσπατταλεύειν τὴν θέαν τοῖς προπυλαίοις. Φησὶ
γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην πολλαχοῦ, καὶ τὸ
μὲν πρῶτον ἀηθίζεσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα φέρειν πρᾴως
διὰ τὴν συνήθειαν. Τὰς δὲ τῶν ἐνδόξων κεφαλὰς
κεδροῦντες, ἐπεδείκνυον τοῖς ξένοις, καὶ οὐδὲ πρὸς ἰσο- pag. 198.
στάσιον χρυσὸν ἀπολυτροῦν ἠξίουν. Καὶ τούτων δ'
ἔπαυσαν αὐτοὺς Ῥωμαῖοι, καὶ τῶν κατὰ τὰς θυσίας
καὶ μαντείας [a] ὑπεναντίως τοῖς παρ' ἡμῖν νομίμοις. ἄν-
θρωπον γὰρ κατεσπεισμένον παίσαντες εἰς νῶτον μα-
χαίρᾳ, ἐμαντεύοντο ἐκ τοῦ σφαδασμοῦ. ἔθυον δὲ οὐκ
ἄνευ Δρυϊδῶν. Καὶ ἄλλα δὲ ἀνθρωποθυσιῶν εἴδη
λέγε-

y) ἐκπλαγεῖς] malim ἐκπλαγέντες. z) τῇ ἀνοίᾳ] ita repofui pro διανοίᾳ vulg. auctoritate Vat. A. B. Venet. A. Cafaub. Excerpt. Planud. Interpr. pr. a) ὑπεναντίως] Cafaub. coni. ὑπεναντίων.

les funt ubi vincunt, et ubi vincuntur, plane confternati. Huic ftoliditati accedit etiam barbaricum quippiam et inufitatum, quod plerifque feptentrionalibus gentibus comitatur, quod cum a pugna redeunt, capita hoftium de collis equorum fufpendunt, et fpectaculi gratia ante portas oppidorum affigunt; id fe multis in Galliae locis vidiffe ait Pofidonius, cumque initio rem infolentem averfaretur, confuetudine eam fibi minus moleftam reddi-tam. Capita autem illuftrium virorum cedrino inungentes, peregrinis oftentabant, neque reddere dignabantur, fi quis tantundem auri pondus pro iis redimendis offerret. Romani tamen et ab his eos deduxerunt, et a facrificiorum ac divinandi ritibus, qui noftris pugnabant: hominis enim facris devoti gladio tergum ferientes, ex eius palpitatione ariolabantur. Sacris femper aderant Druidae. Quin et aliae hominum immolationes

ferun-

Gallia. λέγεται· καὶ γὰρ κατετόξευόν τινας, καὶ ἀνεσταύρουν ἐν τοῖς ἱεροῖς· καὶ κατασκευάσαντες κολοσσὸν χόρτου, καὶ ξύλον ἐμβαλόντες εἰς τοῦτον, βοσκήματα καὶ παντοῖα θηρία καὶ ἀνθρώπους ὡλοκαύτουν.

## §. 6.

Ἐν δὲ τῷ ὠκεανῷ [b] φασὶν εἶναι νῆσον μικρὰν, οὐ πάνυ πελαγίαν, προκειμένην τῆς ἐκβολῆς τοῦ Λείγηρος ποταμοῦ· οἰκεῖν δὲ ταύτην, τὰς τῶν [c] Ναμνιτῶν γυναῖκας, Διονύσῳ κατεχομένας· καὶ ἱλασκομένας τὸν θεὸν τοῦτον τελεταῖς τε, καὶ ἄλλαις ἱεροποιΐαις ἐξιλεουμένας· οὐκ ἐπιβαίνειν δὲ ἄνδρα τῆς νήσου, τὰς δὲ γυναῖκας αὐτὰς πλεούσας, κοινωνεῖν τοῖς ἀνδράσι, καὶ πάλιν ἐπανιέναι. ἔθος δ' εἶναι κατ' ἐνιαυτὸν ἅπαξ τὸ ἱερὸν ἀποστεγάζεσθαι, καὶ στεγάζεσθαι πάλιν αὐθημερὸν πρὸ δύσεως, ἑκάστης φορτίον ἐπιφερούσης· ἧς δ' ἂν ἐκπέσοι τὸ φορτίον, διασπᾶσθαι ταύτην ὑπὸ τῶν ἄλλων· φερούσας δὲ τὰ μέρη περὶ τὸ ἱερὸν μετ' εὐασμοῦ,

b) φασὶν] φησὶν Venet. A. Interpres pr. c) Ναμνιτῶν γυναῖκας] ita reposui cum Tyrwhitto pro Σαμνίτων γ.

feruntur: quosdam enim in sacris sagittis configebant, aut in crucem agebant: ac foeni colosso exstructo, defixo ligno, pecudes, et omnis generis bestias ac homines concremabant.

§. 6.

In Oceano autem insulam esse aiunt parvam, non plane in alto sitam, obiectam ostio Ligeris: in ea habitare Namniticas mulieres, Bacchico instinctu correptas, quae Bacchum caeremoniis et sacrificiis demereantur: nullum eo virum venire, sed ipsas navigiis avectas cum viris suis coire, atque inde in insulam reverti. moris quoque esse, ut templi tectum quotannis auferatur, eademque rursum die ante solis occasum integatur, una qualibet mulierum onus apportante: cui onus excidat, eam ab aliis discerpi: et eas frusta inter evandum ad templum congerentes, non ante finem

μῶ, μὴ παύεσθαι πρότερον, πρὶν παύσωνται τῆς λύττης· ἀεὶ δὲ συμβαίνειν, ὥστε τινὰ ἐμπίπτειν τὴν τῶτο [d] πεισομένην. Τῶτο δ' ἔτι μυθωδέστερον εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος τὸ περὶ τοὺς κόρακας συμβαῖνον. Λιμένα γάρ τινα τῆς παρωκεανίτιδος ἱστορεῖ δύο κοράκων ἐπονομαζόμενον· φαίνεσθαι δ' ἐν τούτῳ δύο κόρακας τὴν δεξιὰν πτέρυγα παράλευκον ἔχοντας· τοὺς οὖν περί τινων ἀμφισβητοῦντας, ἀφικομένους δεῦρο ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου, σανίδα θέντας ἐπιβάλλειν ψαιστὰ, ἑκάτερον χωρίς· τοὺς δ' ὄρνεις ἐφιπτάντας τὰ μὲν ἐσθίειν, τὰ δὲ σκορπίζειν: οὗ δ' ἂν σκορπισθῇ τὰ ψαιστὰ, ἐκεῖνον νικᾶν. Ταῦτα μὲν οὖν μυθωδέστερα λέγει. Περὶ δὲ τῆς Δήμητρος καὶ τῆς Κόρης, πιστότερα· ὅτι φησὶν εἶναι νῆσον πρὸς τῇ Βρεττανικῇ, καθ' ἣν ὅμοια τοῖς ἐν Σαμοθράκῃ περὶ τὴν Δήμητραν καὶ τὴν Κόρην ἱεροποιεῖται. Καὶ τῶτο δὲ τῶν πιστευομένων ἐστὶν, ὅτι ἐν τῇ Κελτικῇ φύεται δένδρον, ὅμοιον συκῇ, καρ- Gallia.

d) πεισομένην] Ita Tyrwhitt. e coniectura legendum censet pro vulg. πησομένην, quam codd. Vat. B. et Stroz. confirmant.

finem facere quam furore solvantur: semper autem usu venire, ut una de iis onere elapso ita lanietur. Fabulae similius est quod de corvis Artemidorus tradit: portum ait esse quendam ad oram Oceani, qui duorum corvorum appelletur; in eo apparere duos corvos, qui dextram alam habeant albicantem: eo accedere quibus aliquid controversiae est, et in sublimi loco posita tabula utrumque pro se liba coniicere, corvos advolantes altera vorare, altera dissipare: obtinere autem caussam suam eum, cuius liba disiiciuntur. Haec ergo magis fabulam sapiunt. Quae autem de Cerere et Proserpina dicit, magis sunt probabilia. Perhibet enim insulam esse Britanniae propinquam, in qua deabus his sacrificetur eodem ritu quo in Samothrace. Creditum est id quoque, in Belgico arborem nasci ficus similem, quae fructum edat forma capituli

Gallia. καρπὸν δ' ἐκφέρει παραπλήσιον κιονοκράνῳ Κορινθιουργεῖ· ἐπιτμηθεὶς δ' οὗτος, ἀφίησιν ὀπὸν θανάσιμον
pag. 199. πρὸς τὰς ἐπιχρίσεις τῶν βελῶν. Καὶ τοῦτο δὲ τῶν θρυλλουμένων ἐστὶν, ὅτι πάντες Κελτοὶ φιλόνεικοί τε εἰσί· καὶ οὐ νομίζεται παρ' αὐτοῖς αἰσχρὸν, τὸ τῆς ἀκμῆς ἀφειδεῖν τοὺς νέους. Ἔφορος δὲ, ὑπερβάλλουσάν τε τῷ μεγέθει λέγει τὴν Κελτικὴν, ὥστε ἧσπερ νῦν Ἰβηρίας καλοῦμεν, ἐκείνοις τὰ πλεῖστα προσνέμειν μέχρι Γαδείρων· φιλέλληνάς τε ἀποφαίνει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πολλὰ ἰδίως λέγει περὶ αὐτῶν οὐκ ἐοικότα τοῖς νῦν. Ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο· ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς, μὴ παχεῖς εἶναι, μηδὲ προγάστορας· τὸν δ' ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον, ζημιοῦσθαι. Ταῦτα μὲν περὶ τῆς ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτικῆς.

ΚΕΦ.

pituli columnae Corinthiaci, qui fructus incisus succum emittat iaculis inunctus qui sit lethalis. Id quoque vulgi sermonibus tritum est, omnes Belgas contentiosos esse; neque apud eos turpe indicatur, si adolescentes flore aetatis abutantur. Ephorus Celticam ingenti facit magnitudine, quod ii pleraque Hispaniae nunc dictae loca usque ad Gades tenuerint; aitque Graecorum studiosam esse gentem, multaque de iis peculiaria tradit, praesenti statui non consentanea. de quibus hoc etiam est, dare operam eos, ne obesi fiant, neve prominentem ventrem habeant; et si quis adolescens cingulo praescriptam mensuram excedat, eum multari. Haec de transalpina sufficiant Gallia.

CAP.

## ΚΕΦ. Ε.

Britannia.

### §. 1.

Ἡ ΔΕ ΒΡΕΤΤΑΝΙΚΗ, τρίγωνος μέν ἐστι τῷ σχήματι· παραβέβληται δὲ τὸ μέγιστον αὐτῆς πλευρὸν τῇ Κελτικῇ, τῷ μήκους οὔθ' ὑπερβάλλον, οὔτ' ἐλλεῖπον. ἔστι γὰρ ὅσον τετρακισχιλίων καὶ τ ἢ υ σταδίων ἑκάτερον· τό, τε Κελτικὸν ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τῦ Ῥήνου μέχρι πρὸς τὰ βόρεια τῆς Πυρήνης ἄκρα τὰ κατὰ Ἀκουϊτανίαν, καὶ τὸ ἀπὸ Καντίου τῦ κατ' ἀντικρὺ τῶν ἐκβολῶν τῦ Ῥήνου, ἑωθινωτάτου σημείου τῆς Βρεττανικῆς, μέχρι πρὸς τὸ ἑσπέριον ἄκρον τῆς νήσου, τὸ κατὰ τὴν Ἀκουϊτανίαν καὶ τὴν Πυρήνην ἀντικείμενον. Τοῦτο μὲν δὴ τοὐλάχιστον διάστημα ἀπὸ τῆς Πυρήνης ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐστίν· ἐπεὶ τὸ μέγιστον εἴρηται, ὅτι καὶ πεντακισχιλίων σταδίων ἐστίν· ἀλλ' εἰκὸς εἶναί τινα σύννευσιν ἐκ τῆς παραλλήλου θέσεως τῷ ποταμῷ πρὸς τὸ ὄρος, ἀμφοτέρωθεν ἐπιστροφῆς τινὸς γενομένης, κατὰ τὰς πρὸς τὸν ὠκεανὸν ἐσχατιάς.

§. 2.

## CAP. V.

### §. 1.

BRITANNIA autem formam habet triquetram. longissimum eius latus iuxta Galliam protenditur longitudine neque maiore, neque minori; utrumque enim latus longum est stadia IV CIↃ et vel CCC vel CCCC: Gallicum ab ostiis Rheni usque ad septentrionales Pyrenes processus apud Aquitaniam: Britannicum autem a Cantio, quod punctum Britanniae maxime ortivum ostiis Rheni e regione est, usque ad occiduum insulae procursum, Aquitaniae et Pyrenae oppositum. Atque hoc est brevissimum a Pyrena ad Rhenum intervallum; maximum enim etiam IↃↃ stadiorum complecti traditum est; sed probabile est, flumine ad montem parallelo, utrinque extrema quae sunt versus Oceanum ad se mutuo inclinare.

Britann.

§. 2.

Τέτταρα δ' ἐστὶ διάρματα, οἷς χρῶνται συνήθως ἐπὶ τὴν νῆσον ἐκ τῆς ἠπείρου, τὰ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τῶν ποταμῶν, τοῦ τε Ῥήνου, καὶ τοῦ Σηκοάνα, καὶ τοῦ Λείγηρος, καὶ τοῦ Γαροῦνα. τοῖς δ' ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Ῥῆνον τόπων e) ἀναγομένοις, οὐκ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐκβολῶν ὁ πλοῦς ἐστιν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ὁμορούντων τοῖς Μεναπίοις Μορινῶν· παρ' οἷς ἐστὶ καὶ τὸ Ἴτιον, ᾧ ἐχρήσατο ναυστάθμῳ Καῖσαρ ὁ Θεὸς, διαίρων εἰς νῆσον· νύκτωρ δ' ἀνήχθη, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε περὶ τετάρτην ὥραν, τ' καὶ εἴκοσι σταδίους τοῦ διάπλου τελέσας· κατέλαβε δ' ἐν ἀρούραις τὸν σῖτον. Ἔστι δ' ἡ πλείστη τῆς νήσου πεδιὰς, καὶ κατάδρυμος· πολλὰ δὲ γεώλοφα τῶν χωρίων ἐστί· Φέρει δὲ σῖτον καὶ βοσκήματα, pag. 200 καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ σίδηρον. ταῦτα δὴ κομίζεται ἐξ αὐτῆς, καὶ δέρματα, καὶ ἀνδράποδα, καὶ κύνες εὐφυεῖς πρὸς τὰς κυνηγεσίας. Κελτοὶ δὲ καὶ πρὸς τοὺς πολέμους χρῶνται καὶ τούτοις, καὶ τοῖς ἐπι-

e) ἀναγομένοις] ἀνειμένοις Venet. A. et Casaub. libri.

§. 2.

Quatuor sunt usitati e continente in insulam traiectus, nimirum ab ostiis fluminum Rheni, Sequanae, Ligeris, et Garumnae. Qui a Rheni partibus traiiciunt, ii non ex ipso solvunt ostio, sed a Morinis Menapiorum conterminis, apud quos est etiam Itium, quo navali usus est D. Caesar in eam transmittens insulam. noctu autem solvit, et postridie circa quartam horam appulit ad insulam, navigatione cccxx stadiorum confecta: frumentum adhuc in agris deprehendit. Maxima insulae pars campestris est et sylvis obsita, multos etiam terrestres habet colles; profert frumentum, pecus, aurum, argentum, ferrum: efferuntur praeter haec ex ea insula pelles, mancipia, et canes ad venationem naturali praestantes facultate. Galli cum his, tum suis canibus in bello utuntur. Viri

ἐπιχωρίοις. Οἱ δὲ ἄνδρες εὐμηκέστεροι τῶν Κελτῶν Britanni, εἰσὶ, καὶ ἧσσον ξανθότριχες, χαυνότεροι δὲ τοῖς σώμασι. σημεῖον δὲ τοῦ μεγέθους· ἀντίπαιδας γὰρ ἡμεῖς [f] εἴδομεν ἐν Ῥώμῃ, τῶν ὑψηλοτάτων αὐτόθι ὑπερέχοντας καὶ ἡμιποδίῳ· βλαισοὺς δὲ καὶ τ' ἄλλα οὐκ εὐγράμμους τῇ συστάσει. Τὰ δ' ἤθη τὰ μὲν ὅμοια τοῖς Κελτοῖς, τὰ δ' ἁπλούστερα καὶ βαρβαρώτερα· ὥστ' ἐνίους γάλακτος εὐποροῦντας, μὴ τυροποιεῖν, διὰ τὴν ἀπειρίαν· ἀπείρους δ' εἶναι καὶ κηπείας, καὶ ἄλλων γεωργικῶν. Δυναστεῖαι δ' εἰσὶ παρ' αὐτοῖς. Πρὸς δὲ τοὺς πολέμους, [g] ἀπήναις χρῶνται τὸ πλέον, καθάπερ καὶ τῶν Κελτῶν ἔνιοι. Πόλεις δ' αὐτῶν εἰσὶν οἱ δρυμοί· περιφράξαντες γὰρ δένδρεσι καταβεβλημένοις εὐρυχωρῆ κύκλον, καὶ αὐτοὶ ἐνταῦθα καλυβοποιοῦνται, καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν, οὐ πρὸς πολὺν χρόνον. Ἔπομβροι δ' εἰσὶν οἱ ἀέρες μᾶλλον ἢ νιφετώδεις· ἐν δὲ ταῖς αἰθρίαις ὁμίχ-

E 2 λη

f) εἴδομεν] ἴδομεν Vat. A. B. g) ἀπήναις] ita reposui suadente Casaubono. vulgo ἀπηνείαις.

Viri Gallos proceritate superant, minusque flavos habent crines, laxioribus autem sunt corporibus. magnitudinis argumentum esto, quod nos ipsi, adolescentes Romae vidimus, qui etiam semisse pedis superarent altissimos homines; erant autem pedibus male suffulti, et reliqua corporis lineamenta constitutionem non elegantem referebant. Ingenio Gallorum partim similes sunt, partim simpliciores et magis barbari, adeo ut quidam eorum ob imperitiam caseos nullos conficiant, cum tamen lacte abundent. alii hortos colendi, et aliarum partium agriculturae ignari sunt. Complures sunt apud eos dominationes. Ad bella essedorum utuntur multitudine, ut et quidam Gallorum. Vrbium loco ipsis sunt nemora. Arboribus enim deiectis ubi amplum circulum sepierunt, ipsi casas ibidem sibi ponunt, et pecori stabula condunt, ad usum quidem non longi temporis.

Aer

Britann. λη κατέχει πολὺν χρόνον· ὥστε δι' ἡμέρας ὅλης ἐπὶ τρεῖς μόνον ἢ τέτταρας ὥρας τὰς περὶ τὴν μεσημβρίαν ὁρᾶσθαι τὸν ἥλιον. Τοῦτο δὲ κἀν τοῖς Μορινοῖς [h] συμβαίνει, καὶ τοῖς Μεναπίοις, καὶ ὅσοι τούτων πλησιόχωροι.

§. 3.

Δὶς δὲ διέβη Καῖσαρ εἰς τὴν νῆσον ὁ θεός· ἐπανῆλθε δὲ διὰ ταχέων οὐδὲν μέγα διαπραξάμενος, οὐδὲ προελθὼν ἐπὶ πολὺ τῆς νήσου, διά τε τὰς ἐν τοῖς Κελτοῖς γενομένας στάσεις, τῶν τε βαρβάρων καὶ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν· καὶ διὰ τὸ πολλὰ τῶν πλοίων ἀπολέσθαι κατὰ τὴν πανσέληνον, αὔξησιν λαβουσῶν τῶν ἀμπώτεων καὶ τῶν πλημμυρίδων. Δύο μέν τοι ἢ τρεῖς νίκας ἐνίκησε τοὺς Βρεττανούς, καίπερ δύο τάγματα μόνον περαιώσας τῆς στρατιᾶς, καὶ ἀπήγαγεν ὅμηρά τε καὶ ἀνδράποδα, καὶ τῆς ἄλλης λείας πλῆθος. Νυνὶ μέν τοι τῶν δυναστῶν τινες τῶν αὐτόθι πρεσβεύσεσι καὶ θεραπείαις κατασκευασάμενοι τὴν πρὸς Καίσαρα τὸν

h) συμβαίνει] συμβαίνειν Vat. A. Venet. A.

Aer apud eos imbribus magis est quam nivibus obnoxius: ac sereno etiam coelo caligo quaedam multum temporis obtinet, ita ut toto die non ultra tres aut quatuor quae sunt circa meridiem horas conspici Sol possit; quod ipsum Morinis quoque et Menapiis, et eorum vicinis contingit.

§. 3.

Divus Caesar bis in eam insulam traiecit, ac mox reversus est nulla magna re confecta, neque longe in insulam progressus; idque cum propter barbarorum et suorum militum obortos in Gallia motus, tum quod sub plenilunium multas navium aucto maris aestu amisisset. duobus tamen aut tribus praeliis vicit Britannos, quanquam duas tantum eo traiecisset legiones; abduxitque et obsides, et mancipia, et praedae praeterea multum. At nostra aetate regulorum quidam Britannicorum legationibus et officiis amicitiam Augusti Cae-

